IVSTINI PHILOSOPHI ET MARTYRIS QVÆSTIONVM QVAS GENTES CHRISTIANIS PONVNT, DE EO quod corpore vacat, & de Deo, ac mortuorum reſurrectione, explicationes.

Eiuſdem Iuſtini ad Chriſtianos de neceſſariis quibuſdam quæſtionibus reſponſiones.

Ioachimo Perionio Benedictino Cormariaceno interprete.

Ad D. Franciſcum Turnonium Cardinalem.



LVTETIÆ PARISIORVM,

Apud Iacobum Dupuys, ſub inſigni Samaritanæ, è regione collegij Cameracenſis.

1554.

Cum gratia & priuilegio.

D. FRANCISCO TVRNONIO CARDINALI, IOACHIMVS PERIONIVS BENEDIctinus Cormœriacenus S. P .D.

*MVltos quidem iam libros à Græcis ad noſtrorũ hominum cog-
nitionem, Franciſce Cardinalis, tranſtuli, ſed in nullo plus ope-
ræ, ſtudij, diligentiæque mihi ponendũ fuit laboríſque perferẽdũ,
quàm in Iuſtini Philoſophi & martyris operibus, quæ à me Dei
benignitate conuerſa, nunc in lucẽ proferuntur: Quippe cùm v-
num tantummodò exemplar ſit in Bibliotheca Regia, ad quod
excuſum editúmque eſt volumen quod ſolum ſequi potui, & in eo multa ſint loca
partim mutila & decurtata, partim corrupta, partim etiã obſcura, nemóque ſit pror-
ſus, qui anteà vniuerſos hos libros conuerſos diuulgauerit. Nam ſi vel exempla-
ria Græca duo aut plura ſuppetiuiſſent, vel nonnulli ſemel aut ſæpius à ſe aut ab
alijs tralatos edidiſſent: profectò collatis inter ſe exẽplaribus, aut collata cum Græ-
co vno codice latina, latiniſve interpretationibus, mihi & mutila explere loca, &
corrupta emendare, & obſcura illuſtrare, denique omnia reddere meliora licuiſſet:
Quæ quidẽ omnia ij qui interpretationem noſtrã legent, eámque cũ Græco cõiun-
gent ac conferent conſyderantes, mihi ſicubi titubauerim, ignoſcere, neceſsitatíque
hoc tribuere: ſin verum me interpretem præſtiterim, eò maiorem mihi gratiam ha-
bere, Deóque laudem tribuere debebunt. Nam de diligentia quam adhibui, hoc ve-
rè poſſum dicere, quod omnes ex noſtra interpretatione noſtríſque obſeruationibus
facilè intelligere poterũt, innumerabiles propè locos qui corrupti erũt, à me corre-
ſtos eſſe ac reſtitutos. Si qui autẽ ſunt etiã mutili & corrupti, quos ſcio eſſe permul-
tos, hortor omnes & moneo, vt adhibitis Græcis alijs exemplaribus, ſicũde nãciſci
poſsint, eos & expleant &. corrigant, neque nos, quòd eos non correxerimus, re-
prehendant. Quòd ſi quis eſt fortè qui miretur, me nunc demum hæc ipſa Iuſtini o-
pera à me conuerſa edere, id eſt triennio poſt primam Græci codicis editionem, eius
quoque rei cauſam exponam. Ego cùm eo ferè tempore, quo Græca ex Bibliotheca
Principis prodierunt, Cormœriaco huc veniſsẽ, méque multi partim Theologi, par-
tim aliorum ordinum homines ad munus hoc interpretandi, quod præſertim in hoc
genere dignum eſſe dicerent eo vitæ inſtituto quod delegiſsẽ, hortarentur: eis reſpon-
di tum id quod verum erat, me ingreſſum eſſe alia, in ijs librum de vita Chriſti, qui
anno ſuperiore in tuo nomine à me diuulgatus eſt. Atque in ea ſentẽtia planè per-
manens, paulò pòſt Cormœriacum me recepi, quòd ſperarem fore vt aliquis prope-
diem hoc opus ſuſciperet & abſolueret. Atque eam in ſpem me vocabant innume-
rabiles penè libri Græci quorum interpretationes, cùm in lucem prolati eſſent, non
triennio pòſt, ſed eodem etiam anno editas eſſe recordarer. Itaque Cormœriaci poſt-
eà in ea ſpe acquieſcens, quantum temporis & ocij mihi à rebus diuinis erat, ijs in
rebus potiſsimùm quas in manibus haberem, conſumebam, niſi quòd certos Iuſtini li-
bros ſtatis temporibus animi laxandi cauſa anno pòſt quàm Græcum volumen di-
uulgatum fuiſſet, cœpi conuertere. Cùm verò anno ſuperiore ferè extremo, quòd ex
Theologi cuiuſdã ſermone vniuerſa Iuſtini opera latina facta editáque intellexiſ-*

ſem, quò id certiùs cognoſcerem, de ea re huc literas ad quoſdam miſiſſem:iique reſcripſiſſent , nondum edita eſſe vlla eius opera, niſi à Ioanne Pico Mirandulano Paraeneticam ad Gentes orationem, & librum quem in Ariſtotelem ſcripſit, à Gulielmo Poſtello, quos libros duos quidam eorum poſteà quàm ijs me carere cognouit, miſit:tum denique ſpe quam de cæteris concepiſſem ſublata & depoſita, ipſe qui vererer, ne ijs qui Græcè non ſcirent non dico diutiùs, ſed ſemper carendū eſſet fructu quem hi libri maximum pollicentur, Iacobi Puteani qui omnes excudendos curauit, partim hortatu, partim precibus reliquos qui perpauci erant, tranſtuli. Atque hæc quidem cauſa eſt noſtræ tam ſeræ poſt Græcam editionem in latinum ſermonem conuerſionis. Quoniam igitur omnes qui ex Bibliotheca Principis prodierunt, nunc, id eſt, tertio anno pòſt, Dei conceſſu ac munere à me cõuerſos diuulgo, ex ijs duos potiſsimùm delegi, quos in tuo nomine apparere vellem, quòd eorum tibi lectionem iucundam gratámque fore confidam. In priore enim multæ quæſtiones quas de re vacante corpore, de Deo, & corporum reſurrectione Chriſtianis à religione diſciplináque Chriſtianorum abhorrentes homines ponunt:in poſteriore autem centum & quadraginta quinque partim de locorum difficilium noui veteriſque teſtamenti intelligentia & ſententia, partim de eorum quæ ex illis ſumi ducique poſſunt, non minùs ſuaui, quàm eleganti oratione explicãtur. Eos autem vt ad te mitto, quò magis perpetuitatis meorum in te officiorum ratio conſtet:ſic te vehementer rogo, humaniſsime Cardinalis, vt eiuſmodi meæ in te obſeruantiæ comprobationem tuam aliqua ex parte reſpondere velis. Ita enim me ad maiora poſthac officia tibi præſtanda incitabis, ſi ea tibi probari intellexero. Vale. Lutetiæ Pariſiorum, XII. Cal. Quintiles. M. D. LIIII.

S. IVSTINI PHILOSOPHI ET MARTYRIS QVÆSTIONVM QVAS GENTES CHRISTIANIS ponunt de eo quod corpore vacat, & de Deo, ac de mortuorum reſurrectione explicationes. Ioachimo Perionio Benedictino Cormœriaceno interprete.

A 1 VNde perſpicuum eſt, ſitne aliquid quod vacet corpore, & éſtne aliquid vacans corpore?

2 Vnde intelligi poteſt, idem in ſeipſo ſine corpore eſſe poſſe? & éſtne idem in ſeipſo non corporeum?

5 Vnde ſciri poteſt, num ſit præſtantius corpore id quod eſt ſine corpore:& an non præſtantius eſt corpore id quod corpus non habet?

4 Quid eſt non corporeum? vtrùm animus,an quod animo melius eſt, veluti Deus?

B 5 Et qua re animus à Deo differt?

6 Et vnde intelligitûr,ſitne Deus omnino?

7 Et ſi eſt Deus,quærendum eſt,num faciat, an fecerit aliquando, an etiam facturus ſit quicquam aliquando?

8 Et num fecerit,an faciat,an facturus ſit?

9 Et quid faciat,& quomodo faciat, num voluntate, an etiam ſine voluntate?

10 Et ſi voluntate,num inſtrumento vtatur,an ſine inſtrumento faciat?

11 Et ſi ſine voluntate,num ſine ratione faciat,ſine mente & inconſyderatè, an cum aliquo delectu?

C 12 Et ſi cum delectu,cur ei ſit opus delectu & iudicio:ſi ſine iudicio,qua ratione inueſtigandum ſit?

13 Et ſi aliquid ab eo fieri demus,intereátne id quod ab eo fit, an non intereat?Et ſi intereat,quærimus ſi fieri poſſit, vt id quod omnino ortum eſt, intereat, qua ratione: & ſi interit id quod fit à Deo, cuius vitio intereat? quid inter immortalis opera & humana inter ſit? * longo diuturnóque tempore ſæpe multa ex his, effectore mortuo,ſalua & immortalia remanent,ſi interea vt in architectis.

D 14 Et ſi interit id quod fit à Deo,cuius culpa intereat,eiúſne qui fecit,an eius quod factum eſt,an alicuius extrà, quod effectori ſit contrarium? Quod autem cunque eorum ponamus,perſpicuum eſt, effectoris id culpa fieri. Si enim id quod factum eſt propter aliquod inſitum vitium ſuum debet interire, cauſa eſt is qui effecit, quod illud tale effecerit, vt in eo aliquid

mali relinquatur.Si aliquid extrà eſt effectori contrarium, ſic etiam effectoris eſt culpa, quòd contraria ſuperare non poſſit.Si culpa eſt effectoris, perſpicuum eſt eum malum eſſe. Atque hæc quidem de his ex multis pauca ſunt. Si enim velimus, quærendum erit & quid corpus ſit, & ex quibus corpus conſtet,& quæ de his exiſtant quæſtiones ponentur. Sed his prætermiſſis, vt quæ nihil eorum quæ dubitationem afferunt, contineant,intereà aliquid eorum quæ magis egregia & præclara ſunt, quod dignum ſit admiratione,tractemus, & ab iis quæ de reſurrectione feruntur,ordiamur. Eſt enim hoc etiam vnum eorum quæ ſubtiliter ab iis qui lapideo corde ſunt, quæruntur. Si enim, inquit, ſalui excitari debent ij qui è vita exceſſerunt, quî fit, vt homo ſi caſu in mari pereat, deinde à piſcibus deuoretur, poſtremò ab aliis hominibus edatur qui illis piſcibus veſcentur, iterum carnes quæ aliorum hominum ſunt, accipiat?Nam aut hunc neceſſe eſt ſine carnibus quas alij homines ederunt cum piſcibus, excitari,quemadmodum ſæpe dictum eſt: aut membris eorum ab illo repetitis, ea reponi, & ſic illos mutilos fieri, vt ſuppleant id quod deeſt eorum quæ ab eis iniuria deuorata ſunt. Atque hæc quaſi ridentes ij qui duro corde ſunt, obiiciunt.Ego verò hortor omnes,vt ſine dubitatione orationem quæ reſurrectionem confirmat, diſcant & intelligant, quæ neceſſariò docet, neceſſariò eſſe reſurrectionem, quibuſdam neceſſariis veríſque rationibus. Cùm enim demonſtrationes veritate ipſa valeant & firmæ ſint, nullum verbum quod dubium ſit, vt ſcitis, faciam. Alienum eſt enim & contentionis proprium, cùm firma demonſtratione velle contendere.

A B C

Chriſtianorum reſponſiones ad ſuperiores quæſtiones à religione rationum naturalium.

VErba hæc non ſunt quæſtiones quæ ratione differendi nitũtur,ſed expertes artis dubitationes.Oratio enim quę logicas quæſtiones ponit, ex iis quæ conſequentia ſunt, incommodum colligit atque concludit, veluti,Solus homo aptus eſt ad riſum:omne autem animal aptum eſt ad riſum, ſolus igitur homo eſt animal: quæ quidem propoſitiones ſunt conſequentẽs, ſed incommodum eſt concluſio. In propoſitis autem rationibus nullum incommodum per conſequentiam concluſum eſt.Itaque non rectè vocatæ ſunt quæſtiones. D

Si fieri non poteſt, vt idem eadem & ignoret & ſciat (in omni enim re aut affirmatio aut negatio vera eſſe debet) quî is qui ignorat, ſitne res incorporea, ſciet voluntatem & iudicium, cogitationem & conſyderationem, mentem & rationem,quæ quidem ſunt eius quod corpore vacat ,actiones?Ignorato enim eo,ſitne quid incorporeum,ſcire rei incorporeæ actiones eorũ eſt qui quæ dicunt neſciunt.Ponere quęſtionẽ & explicare nõ eſt ſenſus,nec corporis.Quod autem non eſt corporis,id eius E

quod

A quod corpore vacat,ſit neceſſe eſt.Hinc rei incorporeæ natura & eſſentia quid declaret quęrimus.Si enim quęrere de aliquo an ſit,nécne,rationis eſt: ratio autē eius quod rationis eſt particeps,eſt actio,& corpus per ſe rationis eſt expers: perſpicuū eſt eſſe aliquid quod corpore vacat,cuius ſit propriū quærere & iudicare. Aliud. Eius qui non fatetur eſſe aliquid non corporeum, non eſt,ratione quærere & iudicare, ſitne aliquid vacans corpore. Neque enim rationis eſt,vti rei incorporeæ actionibus, & an ſit quid incorporeum ignorare. Aliud. Duæ ſunt in nobis facultates & partes, quæ res cōprehendunt,ſenſus & mens,quarum actiones hoc inter ſe differunt,quòd ea quę ab vna cōprehendūtur,ab altera cōprehendi cōcipíq; B nō poſſunt.Quoniam autem omnes facultates eſſentiarū facultates ſunt,ſit neceſſariò,vt duę ſint eſſentiæ,quarum vnius ſentire ſit proprium,alterius intelligere. Quod ſi eſt,eſſentia eſt quædam expers corporis, cuius intelligere eſt proprium,vt corporis ſentire. Aliud. Si quid eſt animatum,animum eſſe neceſſe eſt. Animi enim communione id quod eſt animatum, animatum eſt. Si ſcientia in ſe non ineſt,ſed in animo:animum in ſe eſſe neceſſe eſt,ín quo ineſt ſcientia. Aliud, Si corpori opus eſt animo,vt viuat & ſentiat,& animus non eget corpore nec ad viuendum nec ad intel- C ligendum:aliud eſt animus, aliud corpus. Aliud. Si animus corpori imperat,corpus autem animi præceptis paret:diuerſum quiddam eſt animus à corpore. Aliud. Si animus artificis locum tenet, corpus inſtrumenti, nec idem ſunt artifex & inſtrumenta:non eſt idem corpus,quod animus. Aliud. Si primùm eſt ratio,deinde id quod rationem ſequitur,(in animo enim eſt ratio,in materia autem id quod rationem ſequitur) diuerſum eſt quiddam ab animo. Quod autem à materia diuerſum eſt,id etiam differt à corpore. Aliud. Si id quod non eſt corpus,nec eſſentia eſt,cur diuiditur eſſentia in corpus,& in id quod vacat corpore,cùm id quod diuiditur in ijs ſit,in quæ diuiditur?

Quæſtio.

D Si quid eſt non corporeum,vnde ſciri poteſt,ídne in ſe ipſum eſſe poſsit?

Reſponſio.

CVIVS præſentia corpus quod per ſe non eſt vitæ,ſenſus & rationis particeps,ea habet,& cuius abſentia rurſus mortuum eſt, ſenſúſque & rationis expers redditur:id in ſe ipſum ſit neceſſe eſt, vt quod natura ſua interire non poſsit. Aliud. Quæſtiones logicas ex arte ponere,eaſdémq; ſimili modo ex arte explicare,nō eſt ſenſus officium.Conſtat enim inter omnes, non poſſe ſenſum eſſentiæ veríque notionem attingere. Quod ſi eſt,& ſcientiæ eſt eſſentiæ veríq; cognitionem aſſequi & percipere,ſenſus autem nō eſt,& quod ſenſus non eſt, nec E corporis eſt:ſit aliquid per ſe vacans corpore neceſſe eſt, in quo ſita ſit ſciētia. Aliud. Si eſſentia per ſe eſſe debet, eſſentia autem prima diuiſione in corpus & non corporeum tribuitur:cur nō eſt id quod vacat corpore per ſe eſſentia? Aliter. Quod ſeipſum poteſt ſeiungere ab eo ne vnà cum corpore patiatur & intereat, id à corpore diſcedere poteſt, & non in-

terire.Itaque pulchrius & præſtantius eſt corpore,quòd ſit cauſa,cur pul- A
chrum ſit corpus, ſua ipſius præſentia. Tale quid animum rationis parti-
cipem eſſe dicimus,qui ſit ſpiritus aptus ad intelligendum,vitalis,aptúſq;
ad diiudicandum, & per ſe mouetur, angelóſque & dæmones eiuſdem
cuius eſt,eſſentiæ eſſe dicimus: atque, vt ſummatim dicam, omne ei quod
ineſt,nec ab vllo contineri poteſt,corpus eſt quod ipſum continet.Quódq;
incorporeũ eſt,id diuinũ eſſe dicimus,nõ quatenus vacat corpore (Deus e-
nim eſſentia ſua ſuperior eſt,vt corpore,ſic etiã eo quod non habet corpus,
quippe qui vtriuſq; ſit effector,neq; enim ea Deus effecit quæ ipſe eſt)ſed vt
ſoliti ſumus ſemper ijs quę præſtãtiora ſunt,id quod diuinũ eſt venerari, ſic
etiã nominibus,non quòd Deus his egeat,ſed quòd iis nos noſtrã de eo co- B
gnitionẽ & intelligentiam declaremus. Hoc igitur modo eũ incorporeum
nominamus,etiamſi eum ſciamus id quod corpore vacat lõgè multúmq;
ſuperare,vt illius effectorem. Ponatur autem etiam hoc, rationem demõ-
ſtrare poſſe aliquid eſſe quod expers ſit corporis . Si verò nihil eſſet in iis
quæ ſunt,quod vacaret corpore,neque etiam corpus. Sed quoniã aliquid
eſt incorporeum,ſicuti eſt corpus,neceſſe eſt contrariis nominibus ea quę
inter ſe contraria ſunt, diſtinguere. Etenim Deum non creatum appella-
mus increati nomine,eum ab iis quæ creata ſunt,diſtinguentes.Ac niſi ea
quæ creata ſunt, eſſent, nec Deus ab eis increati vocabulo diſcerneretur.
Hac igitur diſtinctione,quam increati verbum parit, Deus & corporibus C
& non corporeis rebus præſtare oſtenditur. Si enim hoc nomen creatum
omnia ſimul & corpora & non corpora complectitur, perſpicuum eſt eũ
qui hoc verbo ab ijs quæ creata ſunt diſtinguatur,neceſſariò & à corpori-
bus & à non corporeis rebus eſſe diſtinctum. Atque vt conuenit aliis re-
bus non corporeis, à corporibus non comprehendi,hoc etiam Deo con-
uenit, non quòd vacet corpore , ſed quòd res non corporeas antecellat.
Quoniámq; effectorem & dominum nõ habere præſtantius eſt,quàm ha-
bere, ob eam cauſam Deum non creatum vocamus.Quod enim nõ crea-
tum eſt, id nec effectorem nec dominum habere vllo modo poteſt.Simi-
líque modo quoniam à nullo teneri & comprehendi , quàm teneri præ- D
ſtantius eſt, fit vt eundem non corporeum eſſe dicamus.

Quæſtio.

Vnde ſciri poteſt, ſitne Deus omnino?

Explicatio.

Ex eorum quæ ſunt concretione & conſtitutione ac ſtabilitate. Neque
enim ea quæ ſunt,eſſent,niſi Deus eis prior eſſet, qui partes omnes eorum
quæ creata ſunt neceſſariò ad totius naturæ creatæ vtilitatem ſubſtituit,
nobíſque cognitus eſt prædictione atque doctrina & prophetarum & do-
mini conſeruatoríſque noſtri Ieſu Chriſti, verbíſque eius Apoſtolorum,
quæ diuina facta confirmauerunt. E

Quæſtio.

Num Deus faciat,fecerit,aut facturus ſit? & ſi facit, vtrùm cum volun-
tate,an ſine voluntate?

Eplicatio

Explicatio.

A Fecit Deus, facit, faciétque ſua voluntate. Fecit enim id quod creatum eſt, cùm anteà non eſſet, ídque cùm ipſe voluit: quod quidem prouidentia ſua in ſtatu ſuo conſeruat, quod verè eſt: quod idem iterum creaturus eſt, faciétque vt in meliorem ſtatum renouationē quod verè eſt, reuocetur, vt id ipſum purget & expiet ab omni abſurditate & deformitate, quam ei rerum quæ rationis participes ſunt, negligentia attulit: non quòd poſteriore iudicio & conſilio melius aliquid inuenerit, ſed quòd anteà & ante mundum conditum facere ſtatuiſſet. Neque enim ad cognitionem Dei aut potentiam aliquid poſterius poteſt accedere, quod
B non anteà habuerit. Deum autem voluntate mundum facere hinc ſciri poteſt, quòd cùm plures ſoles poſſet facere, non plures, ſed vnum tantùm fecerit. Qui enim plures ſoles efficere non poteſt, ne vnum quidem poteſt: & qui vnum poteſt facere, neceſſariò plures facere idem poteſt. Cur ergo Deus plures ſoles non fecit, quos facere poterat, niſi quòd plures facere noluit? Quòd ſi eos ſoles quos non fecit, voluntate non fecit, perſpicuum eſt etiam eum quem fecit, factum eſſe ab eo voluntate: & quemadmodum ſolem, ſic etiam cæteras omnes partes naturæ eius quę creata eſt, tam eas quæ non intereunt, quàm quæ intereunt, quæ ex diuina voluntate interdum ſtatum, atque talem ſtatum obtinent.

Quæſtio.

C Eſtne id quod incorporeum eſt, corpore præſtantius?

Explicatio.

Si viuit corpus, rationíſque & mentis particeps efficitur, non alterius corporis præſentia, ſed eius quod vacat corpore, quid eſt quamobrem nō ſit id quod non corporeum eſt, corpore præſtantius? Aliud. Si ex materia & forma corporea omnis eſſentia conſtat, nec ex materia ſpecies & forma, ſed aliunde in materia ineſt: cur id quod corpore vacat, non erit materia præſtantius, cùm in materiam ſpecies veniat? Aliud. Si par impare ignorato cognoſci non poteſt, quî corpus cognoſci poteſt, ignorato eo quod vacat corpore? Aliud. Si corporata omnia in corpore ſimu-
D lachri inſtar inſunt, animus autem rationis inſtar: quid cauſæ eſt cur non animus vacet corpore? Aliud. Si animus mentis munere fungi poteſt, & animus mente agit, tum cùm ab omni ſenſu ſeſe abducit & auocat: cur animus non per ſe ſit?

Quæſtio.

Quid inter Deum & animum intereſt?

Explicatio.

Hoc differt Deus ab animo, quo effector & Dominus differt ab eo
E quod effectorem & Dominum habet: & quo ab eo quod eſt, differt id quod id quod eſt ſuperat.

Quæſtio.

Si voluntate facit Deus, vtrùm inſtrumento, an ſine inſtrumento?

**Explicatio.*

Non eget Deus vlla re quæ extra naturam ipſius ſit: atque vt ſine inſtrumento conſilium capit, ſic ſine inſtrumento facit. Si enim ſimul atque vult aliquid fieri, eo volente extat, quomodo non ſuperuacanea ſit inſtrumentorum natura in iis quæ fiunt? A

Quæſtio.

Si ſine voluntate Deus facit, vtrùm ſine ratione facit, ſine cogitatione atque cõſyderatione, an cum aliquo iudicio & delectu? & ſi iudicio facit, quem ad vſum ei opus eſt iudicio?

Explicatio.

Si Deo opera ſua nota ſunt, quæ autem nota ſunt, ratione nota ſunt: quidni ratione cognoſcat, quæ facit? Cogitatione autem conſyderatione atque delectu facere aliquid eorum quæ apud nos ſunt, artificum eſt proprium, qui his ad præſtantiorem finem eorum quæ fiunt, perueniunt. Deus autem cùm nec cognitionem aſſumat, nec amittat, nihil horum requirit. B

Quæſtio.

Si id quod abſolutè ortum eſt, interire poteſt, qua ratione?

Explicatio.

Quorum immortalitas ex alterius voluntate pendet, ea ἀγεννήτως immortalia eſſe non poſſunt. Itaque Deum ſolum immortalitatem habere dicimus, proptereà quòd non aliena voluntate, ſed ſuapte natura hæc in eum cadant. C

Quæſtio.

Si interit id quod à Deo fit, cuius vitio & culpa interit? effectoríſne, an operis, an alicuius quod extrà effectori eſt contrarium?

Reſponſio.

NEC OPIFICIS culpa, nec contrarij intereunt ea quæ intereunt, ſed termino ac lege opificis, qui rebus ſingulis interitum affert, vniuerſis immortalitatem. Si enim vitio aut culpa alicuius eorum quæ enumerata ſunt interirent, quæ intereunt, genus totum & vniuerſum interiret, id eſt, tam res ſingulæ, quàm vniuerſæ. Si enim alicuius culpa interitum accidere demus, certè in iis quæ intereunt, genus eorum quæ fiunt, immortale non ſeruaretur, cùm vitium illud vt in rebus ſingulis, ſic in vniuerſis dominaretur. Quòd ſi nullius vitio & culpa res vniuerſæ interire poſſunt, neque res ſingulæ vllius vitio intereunt, ſed Dei lege & præſcriptione. Si enim in iis quæ ſunt non eſt malum vllum quod ortum impedire poſsit, nec igitur vitium vllum in iis quæ ſunt, quod genus interimat. Aliud. Deus ſi iis qui interire non poſſunt ſuperior eſt tanquàm effector, nec ſuperat id quod ortum non habuit, proptereà quòd eorum quæ orta nõ ſunt effector non eſt: profectò ex eo quod interire non poteſt, id quod ortum non habuit, non eſt conſequens. Aliud. Si Deus interire natura ſua non D E

ἄλλο. fortaſſe ἄλλως, id eſt aliter legẽdum eſt.

poteſt,

A poteſt, & animus eius effectoris voluntate nō poteſt interire: quî fieri po-
teſt, vt in tāta immortalitatis diſtinctione ratione noſtra id quod ortū nō
eſt,ex eo quod interire non poteſt,ſequatur?Aliud. Si eſt aliquid ad ea quæ
intereunt conflanda pertinens,cur non rebus quæ intereunt,eæ quæ non
intereunt, ſubſeruiant,eas ad tale munus impellente cauſa earum immor-
talitatis? Si hoc eſt,non eſt dubium quin immortalitatem aliquis propter
aliqua quæ vſui ſint,habere poſsit, vacuitatem autem originis non item.
Quod enim origine caret,ſine cauſa omni quæ vſui ſit, ortū nō habere de-
bet. Aliter. Si elementum primum eſt corpus, ſecundum autem corpus
B id quod ex elementis conſtat, & quod ex elementis conſtat, non ortum
eſſe nō poteſt.nihil enim quod origine caret,poſterius eo eſſe poteſt,quod
ortum habuit:quid erit quamobrem non ea quæ orta ſunt,non intereant,
ſi corpora quæ ex elementis conſtant, non intereunt? Aliud. Si orta
ſunt elementa omnia, an non nugæ ſunt, ea quæ ex elementis concreta
ſint, originem non habuiſſe dicere? Si enim materia per ſe nec elemen-
tum eſt, nec eſſentia, ſed aſſumpta qualitate & quantitate elementum eſ-
ſentiáque efficitur: quî ea quæ ex talibus elementis efficiuntur, etiam o-
rigine carere poſſunt, ſi eis vſu veniat, vt non intereant? Aliud. Si aliud
eſt corpus, aliud corpus quod non interit, & aliud corpus quod interit:
C differentia autem vacuitatis interitus & interitus, corpus in id quod non
interit, & in id quod interit, diuiditur: quid cauſæ eſt quamobrem non
neceſſariò proprium ſit corporis quod diuiditur,quod ortum eſt aut quod
ortum non habuit? Sin nihil horum proprium eſt corporis quod diuidi-
tur, quî fiet, vt non ſit corpus quod diuiditur, neque ortum neque non
ortum? Si fieri non poteſt, vt neutrum ſit corpus quod diuiditur, neceſſe
eſt corpus quod diuiditur mori & interire.

1 Nec homo, cùm piſcis ſit eſca & cibus, in piſcem, nec piſcis cùm
ab homine editur,in hominem occidit & conuertitur, ſed vtriuſque con-
D uerſio & mutatio fit in elementa, ex quibus à principio concretus eſt.
Quanquam genus aliorum conuerſionis mutua eſitatione fit, tamen o-
mnis conuerſionis quocunque modo fiat, finis eſt, occidere in elementa
ea quæ reuertuntur. Non eſt igitur propter mutuam hominis & piſcis e-
ſitationem ac deuorationem,ponenda captioſa quæſtio,quæ reſurrectio-
nem tollat, ſed ſpectanda eſt Dei vis & poteſtas, qui non ſolùm ſe mor-
tuos excitaturum eſſe pollicetur, ſed Chriſti conſeruatoris noſtri quæ iam
extitit reſurrectione, hominum reſurrectionis fidem firmam nobis reli-
quit. Quòd ſi elementa ſubiiciuntur & ſubſternuntur, & ad eorum quæ
fiunt procreationem, & ad eorum quæ interierunt,renouationem ſecun-
E dámque procreationem: quid cauſæ eſt quamobrem, ſi non creditur, nec
fieri poſſe exiſtimatur ſecūda eorum quæ interierunt,procreatio,nō incre-
dibilis ſit,nec fieri poſſe iudicetur à principio eorum quæ fiunt & oriun-
tur,procreatio? quod abſurdum eſt.

2 Gentes nec mundi procreationem credunt, nec eius renouationem &

vt ita dicam, recreationem. In quo verúmne dicant, ſic planum fiet. Tempus enim æternum eſſe volunt. Atqui ſi tempus æternum eſt, eius etiam partes æternæ ſint neceſſe eſt, id eſt & horæ & dies, & menſes & annus. Si autem hæc æterna non ſunt, quòd in eis eſt prius ac poſterius, profectò nec mundus qui in tempore eſt, originis expers eſſe vllo modo poteſt. A

3 Duarum rerum cauſa mortuorum excitatio credenda nõ eſt, aut quòd Deus mortuos excitare non poteſt, aut quòd non expediat iis qui excitantur, eſſe eiuſmodi qui interire nõ poſsint. Horum quidem ſuperius impium eſt, poſterius ridiculum. Quod ſi ita eſt, quid eſt quamobrem nõ ex eo quod obſcurũ eſt & ex riſu, eorũ qui perfidi ſunt abhorréntq; à Chriſtianorũ religione, & mortuorũ reſurrectionẽ nõ credũt, cõflata ſit oratio? B

4 Quæ Deus facit, ea per ſe imperio facit. Simul autem ordine temporis ſunt imperium Dei, & eorum quæ ab ipſo fiunt, ſtatus. Cogitaſti, inquit, & exhibuiſti. At ſi hoc rectè & aptè de Deo dictum eſt, cur is qui reſurrectionem fore non credit, non etiam Deum talem vim & poteſtatem habere negat? Neque enim alia vlla re, niſi iuſſu Dei opus eſt eis qui excitantur.

5 Si verum eſt quod ij qui improbantur à Deo, proferunt, Deus tranſitum nactus eſt. Quatenus ergo etiam verum eſt, quid cauſæ eſt cur nõ falſam orationem efficiat is qui mortuorum non credit reſurrectionem? C

6 Si poſita reſurrectione ac renouatione, neceſſariò omnis de mundi parente aduerſus eius opera in hominibus diſſenſio tollitur: quid eſt cauſæ quamobrem non ſecunda creatio mundi procreatione ſit præſtantior? Iterata enim procreatione pulchra etiam præclaráque redditur procreatio. Illa autem ſi non credatur, vt quæ fieri non poſſit, quis præſtare poterit, quin mundi deformis maláque ſit procreatio?

7 Aliud eſt quod omni ex parte fieri non poteſt, aliud quod ab aliquo fieri non poteſt. Omni quidem ex parte fieri nõ poteſt, veluti diametrum lateri æquari poſſe: ab aliquo autem fieri non poteſt, vt natura ſine ſemine animal non poteſt facere. Vtri tandem horum quæ fieri non poſſunt, mortuorum reſurrectionem ſubiiciunt ij qui eam non approbant? ſi ſuperiori, falſa eſt oratio. Neque enim iterata procreatione diameter lateri æquatur, & tamen illa renouatione excitantur ij qui excitantur. Si poſteriori, Deus facere poteſt omnia, quæ aliquis non poteſt. D

8 Si hac in vita pius ab impio ſpe ſola differt, quid eſt cur non is qui futurorum ſpem tollit, tollat pij & impij differentiam?

9 Si res vniuerſæ ſine ſingulis extare non poſſunt, quomodo ſi res ſingulæ creatæ ſunt, non creatæ etiam erunt vniuerſæ? Si hoc, quid eſt quamobrem non falſum ſit, hominem, cæteráſque naturæ creatæ partes eadem qua Deum æternitate contineri? veluti ſi Plato creatus eſt, cur nõ creatus eſt homo? E

10 Quodam modo Gentes dum mundum æternum eſſe ponunt, ea quæ neceſſariò & ex eo quod poſuerunt, ſequuntur, cenſuerunt. At ſi eorum ratio

A ratione mũdus æternus eſſet,congruenter dicerent nõ futuram mundi renouationem & quaſi recreationem.Mundi enim creati eſt,vt ita dicam,recreatio,non eius ſi nõ creatus fuiſſet. Mundũ autẽ æternũ non eſſe ex eo intelligi poteſt,quòd homo eiuſdẽ nõ eſt cuius Deus æternitatis. Si enim eadem æternitate qua Deus res vniuerſæ tenerentur,neceſſariò etiam ſingulæ,Sin minus res ſingulæ,nec vniuerſæ tenentur.

11 Semel omnes homines iterata procreatione ad eũ ſtatũ traducere vt interire nõ poſsint,multo diuinius eſt, quàm eos in hũc mortalẽ ſtatũ in quo nũc ſumus, inducere. Reſeruabat autem nobis quod aptum erat & diuinius B erat vt poſterius, quod in eo ſitum erat cùm nos procreauit: quo ſi careremus,vt placet iis qui nõ probãt reſurrectionẽ,quãto ſatius eſſet non eſſe nòs omnino,q̃ hãc lucẽ aſpicere?Inutile enim eſt omne quod ſuo fine caret.

12 Si fieri poteſt, vt aliquis pro re quę non eſt vitæ ſuæ mortem anteponat, quomodo ſi ratione veſtra vera nõ eſſet de reſurrectione ſententia,pro ea vitę ſuæ mortẽ martyres antepoſuiſſent? Cuius autem religionis hominũ tormentis atque mortibus omnis generis confirmatum eſt decretum eorũ religionis? Chriſtianorum dico de mortuorum reſurrectione.

13 Si quæ nõ probãt & credũt Gẽtes,ea nec ſunt,nec erunt,in Gentiũ cognitione ſitus eſt rerũ ſtatus.Quomodo igitur in plurimis decretis eorum quæ C maximè rata ſunt,& ſecũ ipſi & inter ſe diſsidere demõſtrãtur?Talis enim diſſenſio nõ patitur ineſſe in ſciẽtia Gentiũ eorũ quę ſunt ſtatũ & veritatẽ.

14 Si quæ prodiderunt ij qui principem reſurrectionis à mortuis ad immortalem vitam excitatum viderunt, nihil habet apud eos authoritatis ad faciendã fidẽ:& indiſſolubili demõſtratione nõ poſſunt reſurrectionis decretũ tollere:hominẽ enim à piſce deuoratũ eſſe,dubitationẽ habet, demonſtrationẽ nõ item,fieri enim nõ poteſt, vt eadem res etiam diuinitati vt facta ſubiiciatur:rẽ autem quæ per eſſentiam poteſtate demonſtrata ſit, nulla ratiocinatio poteſt euertere.

15 Sol cùm eſt ſupra terrã,nõ eſt ſub terra, & cùm eſt infra terrã,ſupra terram D non eſt. Quomodo igitur ipſe ratione noſtra æternus eſt, cùm nec ſupra terrã, nec infra terrã ſemper eſſe habeat? Si verò eũ qui æternus nõ eſt,vt æternum Gentes exiſtimant,quî erunt latores legis digni quibus habeatur fides,non fore mortuorum reſurrectionem?

16 Quod nõnunquã ſuprà eſt,aliquãdo infrà, id in iis eſt,quę interdũ nõ ſunt nec ſuprà,nec infrà.Quomodo igitur æternus eſt ſol,qui antè quàm ſuprà, aut infrà eſſet,nõ erat?Eos ergo qui ſolẽ nàtura ſua ortũ eſſe neſciũt, quid cauſæ eſt,cur nõ abſurdũ ſit,his credere nõ eſſe mortuorũ reſurrectionem, quorum dux reſurrectionis eorum primigenius ex reſurrectione iã extitit?

17 Cùm vis effectoris poteſt,tũ etiã materia apta eſt ad rei quæ fit,effectionẽ. E Si quis autẽ mortuus aptus eſt Deo ad excitationẽ, neceſſariò etiã omnes ſunt,& ſi non omnes,nemo. Dei verò opera noſtris cogitationibus metiri minimè debemus.Mentẽ enim,ſenſum,rationẽmque ſuperant Dei opera, in quibus eſt eum mortuũ quem piſcis deuorauit,neceſſariò rurſus in lucẽ proferri,etiam ſi acciderit,vt ab aliquo ei interitus pararetur.

Quomodo verum eſt illud,Dominũ in viuos & mortuos imperiũ habere, 18
qui ratione veſtra vim qua alterum in alterum mutet,non habeat? A
Si Deus deteriorũ quidem effector eſt operum,meliorum autẽ nõ eſt,quid 19
cauſæ eſt quamobrem nõ hoc Dei imbecillitatem demonſtret?quod dictu
impium eſt & nefas. Si autem Dei vis par eſt vtrique efficiendo,cur mor-
tuorum reſurrectionem,qui ad immortalitatem excitantur,non probatis?
Si & Deus facere poteſt,& nobis vtile eſt ex miſera mortaliq; vita in beatũ 20
immortalémque ſtatum perduci, reſurrectione potius, quàm ex philo-
ſophorum induſtria in formicarum diligentiã eos qui in philoſophia ver-
ſantur animorũ ex aliis corporibus in alia migratione traduci: quid ridi- B
culum magis quàm illud quod teſtimoniis cõprobatum eſt non credere,&
hoc ſine ratione & argumentis credere atque aliis prodere? ita vt Plato qui
olim Athenis philoſophus fuit,pòſt formica fiat.
Si vt Gentibus placet,Deus hoc ipſo quòd eſt, ac non voluntate ſua ho- 21
mines facit,quónã pacto Plato aliàs animal eſt rationis particeps & homo,
aliàs animal rationis expers atque formica animi ex vno corpore in aliud
migratione? Si autem hoc Deum ſequitur, vt Plato homo factus ſit,ne-
ceſſe eſt ſi Plato ab hominis natura & figura, in formicam transferatur,
Deum quoque à natura ſua in aliam mutari. Quòd ſi Plato transfertur,
Deus autem à ſtatu ſuo non transfertur,quomodo Deus eſſentia ſua,non C
voluntate homines efficit?
Si Dei opus non interit, & homo interit, non eſt homo Dei opus eorum 22
qui hoc volunt,ratione & ſententia.
Si genus noſtrum ortu in lucem profertur,& interitu ſtatũ ſuũ amittit: quî 23
Deus cauſa eſſe poteſt,cur ſit & nõ ſit,hoc ipſo quòd ipſe,& nõ quòd vult?
Si ea quæ ex elementis conſtant, rurſus elementa fiunt, quid hoc alienum 24
videtur aut fieri nõ poſſe,vt ſint iterũ ea quæ ex elementis concreta ſunt?
Si Deus termino legéque non tenetur, ſed termini ac legis omnis eſt do- 25
minus: quî fit vt Deus in eo dominetur,vt homines & oriantur & inter-
eant,nec in eo dominetur,vt oriantur,nec intereant? D
Si Deus nos iterum creans ad immortalitatem, hoc pœnitentia facit, vt 26
vultis,quid cauſę eſt,cur nõ potius pœnitentia nos ſemper eſſe concederet?
Si munera Dei nõ cadũt ſub pœnitentiam, eius autẽ conceſſu ac munere 27
factũ eſt,vt ſimus:quid eſt quamobrẽ non Deus conſilium propoſitúmque
ſuum de nobis expleat,cùm ad immortalitatem nos iterum procreat?
Sentẽtia eorũ qui mortuorũ reſurrectionẽ fore credunt,iuſto Dei iudicio & 28
morimur & reuiuiſcimus,quorũ illud hominis,vt ita dicam, fit inobediẽtia,
hoc eiuſdẽ obediẽtia. Itaque quibus ignota eſt mortis cauſa,iis etiã naturę
hominis opifex ignotus eſt.Si autẽ mortis cauſam ignorãt naturæq; hominis
effectorẽ,quî fit vt nõ ignoratione impulſi mortuorũ reſurrectionẽ negent? E
Aliud eſt id quod planè abſolutéq; nõ eſt,aliud id quod tale nõ eſt, veluti 29
aliud eſt ab initio nõ oriri hominẽ,aliud eundẽ poſtquã ortus eſt,interire.
Quoniam autẽ Deo opus opere difficilius nõ eſt,quid eſt quamobrẽ non
ſit rationis alienum,Deo in opificio eorum quæ non ſunt omni ex parte,

credere,

A credere, nec eidem credere in eorum quæ interierunt mutatione?

30 Si vt homo antè quàm naſceretur,in elementis ex quibus effectus eſt,po-
teſtate inerat, ſic etiam poſteaquàm interiit, poteſtate in elementis ineſt:
cur Gentes Deo qui mortuos excitaturum ſe eſſe promiſit, non credunt,
quaſi id fieri non poſſit, cùm homo inſit poteſtate in elementis,quemad-
modum anteà cùm crearetur,ſic etiam nunc cùm iterum creatur?

31 Si Deus ab initio facere non poterat immortales homines,perſpicuum eſt,
eum ne nunc quidem id poſſe præſtare. Sin autem etiam principio eam
vim habuit, vt nos eiuſmodi faceret,qui nunquam interire poſſemus,ne-
B que eam amiſit:quid cauſæ eſt,quin ſtultum ſit,quaſi res ſit quæ fieri non
poſſit, non habere fidem Deo,qui ad ſimilitudinem eius qui ab eo ad im-
mortalem vitam excitatus eſt, reliquos etiam homines immortales fa-
cturum ſe eſſe promiſit?

32 Animàl poteſtate eſt in ſemine natura:poteſtate, cubile in ligno arte:po-
teſtate ij qui excitantur in elementis Deo. Si hoc eſt,quî fieri poteſt quin
abſurdum ſit,fidem naturæ in iis quæ naturam attingunt,habere & arti in
iis quæ artis ſunt,Deo autem in iis quæ diuina ſunt,non habere?

33 Diuinæ authoritati nihil eſt quod nō pareat. Si mare,& terra diuino iuſſu
anteà dederunt,quæ non acceperant:cur non nunc magis iùſſu Dei dabūt,
C quæ acceperunt?

34 Si vt natura ex ſemine quod interiit aut corruptum eſt,animal facere non
poteſt,& ars ex corrupto ligno cubile non poteſt efficere,ſic Deus ex ho-
mine qui interiit,immortalem hominem efficere non poteſt:Dei vis intra
modum & menſuram cohibebitur,quemadmodum & naturæ vis & artis.
Quod ſi dictu nefas & abſurdum eſt,hoc etiam abſurdum eſt,Deo in hoc
fidem non habere,quòd ex homine mortali immortalem efficiat.

35 Si vt perfidis hominibus videtur fieri non poſſe, vt mortui excitentur,
ſic Deus mortuos excitare non poteſt: profectò in hoc nihil inter Deū &
hominem intereſt.Si autem inter eos infinitis modis intereſt, ſicuti etiam
D intereſt:quid eſt quamobrem non ſit abſurdum,non credere Deo,eum illa
poſſe efficere,quorum faciendorum vim habeat?

36 Quorum Deus effectionem quæ naturam ſuperat,poteſt,eorū quî non eſt
abſurdum mutationē quæ naturā vincit, Deum facere poſſe,non credere?

37 Si quod nō natura fit,eius incredibilis & quæ fieri nō poteſt exiſtimanda
eſt effectio,quid eſt quamobrem non ſit incredibilis nec fieri potuerit,ho
minis qui primus ortus eſt effectio, qui non natura extitit?fieri enim non
poteſt,vt homo ex homine natura oriatur, niſi homo qui primus factus
eſt,ſupra naturam oriatur.

38 Si non fio iterum id quod eram,quomodo virtutis aut vitij præmia accipiā
E quę in hac vita nō accepi?Si enim nō eſt mortuorū reſurrectio,quomodo
nō erunt pares inter ſe & qui certamina martyribus parauerunt, & qui ea
pertulerunt?Si hoc iniuſtum eſt, quidni iniuſtum eſt mortuorū nō exiſtere
excitationem? in qua vna & eorū qui iniurias fecerunt,& eorum qui ac-
ceperunt delectus haberi poteſt,pro honoris ſuppliciíque differentia?

Si quod erat homo, etiã eſt,quî mortuus Dei ſcientiã fugit?nõ deſiit ipſe eſ- 39
ſe rurſus id quod erat:opera enim Dei ipſi nota ſunt, & in eius poteſtate. A
ac ſi in eius non ſunt poteſtate,nec eidem nota ſunt.
Si præclarè nobiſcum agitur in hac vita,quòd mortales ſumus, præclariùs 40
autem agetur in futura cùm immortales erimus,quî fit vt non ſit abſurdũ
dicere Deum bonum ſtatum poſſe efficere, meliorem autem non poſſe?
Si Deus mortale corpus immortale efficere non poteſt, quid afferre poſ- 41
ſunt,quin mortem plus quàm Deum poſſe fateantur, qui ab ea non poſsit
eos quos ſubiectos habet, liberare?
Si Deus vim habet,quæ mortuos ad vitam reuocare poſsit, quî non ſunt 42
apti ad reſurrectionem ij qui excitãtur?Si autem Deus mortuos excitare po B
teſt,& ij qui excitantur,apti ſunt ad id vt excitentur:quiſnam incredulitati
eorum qui reſurrectionem non probant,locus relinquitur?
Si Dei vis & imperium in eo poſitum eſt,vt ſimus ipſi,& non ſimus, cur in 43
eo vigebit eius imperium & dominatus, vt immortalitatem adipiſcamur?
Si verò immortalitas noſtra ſita non eſt in Dei imperio & dominatu,quid
eſt quamobrem non Dei imperium in eo non valeat,vt ne ſimus?
Si quam vim immortalia & mortalia habent,eam à Dei voluntate habent, 44
quid cauſæ eſt,cur ſi Deus velit,mortui non adipiſcantur immortalitatem?
Quorum contraria infirma ſunt,eorũ firma eſt concretio. Quòd ſi omni 45
ratione repugnandi vſæ Gentes ad tollendum reſurrectionis decretum, C
tollere non potuerunt decretum,quod vi Dei qui reſurrectionis author eſt,
in omnis generis repugnantiis integrum ſeruatur:qua in re incredibilis eſt
mortuorum reſurrectio,cùm de ea decretum nec manibus & ſcripto, nec
lingua tollatur?
Si hoc maximum eſt argumentum inuictæ & incircunſcriptæ Dei pote- 46
ſtatis, quòd omnium hominum,viuorum ac mortuorum ſpecies atquè a-
ctiones bonæ ac malæ ſunt: quid cauſę eſt,quamobrem non mortuorum
reſurrectio Dei ſit interminatæ poteſtatis ac ſcientiæ indicium, qua rurſus
homines in lucem profert? Si hoc eſt,quî fit,vt is qui mortuos reſurrectio-
ne fraudat,Deum priuet eiuſmodi demonſtratione?
Si Gentes cùm ſperaſſent ſe ſublaturas contrariis ſuis opinionibus de reſur- 47
rectione ſententiam,de ſpe deciderunt,quî non de ſpe rurſus deiiciendæ D
ſunt,quòd iterum mortuorum reſurrectionem fore non ſperent?
Debebant Gentes cùm reſurrectionis decreto aduerſatę ſunt,aut in pugna 48
& certamine non vinci,aut cùm ſuperatę ſunt,reſurrectionem non impro-
bare. Alioqui primus earum fruſtra ſuſceptus labor,earum à ratione auer-
ſãm incredulitatem coarguet.

IVSTINI

A IVSTINI PHILOSOPHI ET MARTYRIS AD CHRISTIANOS DE NECESSARIIS QVIBVSDAM quæſtionibus reſponſiones: Ioachimo Perionio Benedictino Cormœriaceno interprete.

Quæſtio prima.

SI antiquum veterémque cultum ac religionem Deus ſuſtulit,vt
quæ ei minimè probaretur,Chriſtianorum autem religionem vt
quam acceptam gratámque haberet, pro illa induxit,ij verò qui
rectè ſentiunt ſoli Deo probati , & Gentibus & Iudęis & hæ-
B reticis omnibus non pares numero ſunt , ſed pauciores: quî doceri poteſt,
non factum eſſe imbecillitate eius qui hanc pro illa religionem delegit,
vt error non ſublatus ſit funditus?quid eſt autem quamobrē non inutilis
ſit illius religionis diſſolutio,cū mūdus magna ex parte in errore verſetur?

Reſponſum,ſiue explicatio quæſtionis.

Deus qui vetere religione ſublata , nouā per vetus teſtamentum inſtituiſſet
vicisſim inducere,ſi non vicisſim induxit,hac pro illa inuecta,quæ primùm
verbis prædicatur,quę diuinis ſignis teſtata ſunt,& Iudæorum & Gētium
ſectas ſuſtulit : deinde operibus atque factis quæ ſimili modo diuina vir-
tute efficiuntur , errorem omnem quem & homines & dæmones pro-
C curant,tollit funditus : cum hac autem vnà omniū etiam quę in orbe ſunt
prauarum ſectarū ſuperſtitionē ſuſtulit, * fideíque & effectionis. Si non
omnes qui religionem probarunt,eandem de iiſdem rebus & retinent &
habent opinionem,ſed alij rectè,alij autem non rectè:hoc non eſt in Deo
exiguæ poteſtatis documentum,illos negligentia ſua,aut alia imbecillitate
non intelligere quæ ipſi credant, ſed illorum negligentiæ. Mentio autem
de eorū qui rectè ſentirent paucitate,in ea religione quæ inducitur,facta
eſt,interdum his verbis,Multi quidem vocati ſunt,pauci autē electi:interdū
his,Anguſta & preſſa eſt via quæ fert ad vitam,paucíque ſunt,qui eam in-
ueniunt.Eodémq; modo de ſectis, quas Dominus in parabolis ſuis zizania
D malóſque piſces nominat.Quòd ſi nihil mēdacij falſique ineſt in Chriſtia-
norū religione,ſicuti rerū veritas declarat,quæ ex ſuperioribus futuris au-
thoritatem fidémque tribuit,nuſquam cauſa relicta eſt reprehendendæ in
Deo exiguæ poteſtatis, aut dicendæ inutilis religionis , quę pro illa altera
inducitur:quę eadem nunc quidem Iudæorum atque Gentium prauas o-
piniones tollit,poſterius autem etiam hæreſes.

Quæſtio 2.

Si ea quę futura ſunt,vt bellorū trophæa,hoſtium inſidias, vrbiúmq; euer-
ſiones per eos qui in eas impetū fecerūt, & prophetę prędixerūt,& Apo-
ſtoli,prędixerúntq; eadē apud Gentes oracula: vnde illi ſuperiores ac me-
E liores exteris intelligentur, cùm ab vtraq; parte rerum futurarum facta ſit
prædictio?

Explicatio.

Eiuſdem Dei hæc ſunt omnia, & verborum prædictio,& rerum euentus,
qui & per prophetas,& per Apoſtolos antè pronūciauit,quę facturus eſſet.

Similíque modo per eos qui à religione Dei abhorrent, ea quæ factu- A
rus erat,prædixit. Vt enim per Balamum ariolum Iſraëlitico populo bene, eiúſque hoſtibus malè precatus eſt, & vtrumque fecit eorum quæ futura erant prædictione: ſic diuinatione quæ Nabuchodonoſorem Babylonis regem attingebat, Iſraëlis captiuitatem prædixit, quemadmodum Ezechiel propheta ſcribit his verbis, Et ſtabit rex Babylonis in vetere via, in principatu duorum,vt diuinatione auguretur,& virgam exurat,& interroget in ſculptilibus,& ſpeculetur à dextris ſuis:& factum eſt in Hieruſalem, & quæ ſequuntur. Sic etiam & per ariolos Gentium ea omnia quæ re ipſa euenerunt,prædixit. Magna eſt autem prophetarum ariolorúmque B
differentia: primùm quidem quòd Dei cuius nomine res prædixerunt & prophetæ & Apoſtoli, ſcientiam habuerunt, & fidem & religionem: omniáque quæ de Gentium deorum ariolorúmque euerſione, rerúmque ad Chriſtianos pertinentium conſtitutione prædixerunt prophetæ, euentum exitúmque habuerunt. Deinde nihil eorum quæ vates & arioli prædixerunt, aut contra verum Deum, & eorum qui eum colunt, aut de rerum Gentium conſtitutione,exitum habuit. Horum teſtis eſt Aſsyriorum euerſio, qui ex diuinatione ſua profecti ſe in terram hanc ſine Deo veniſſe negabant,vt eam deſertam incultámque redderent, Dominus dixit mihi, C
Aſcende,eámque in ſolitudinem redige.

Quæſtio 3.

Si omnes qui peccauerunt,in reſurrectione puniuntur,& grauiùs ij qui Dei voluntatem cognitam habuerunt,nec ei morem geſſerunt:quis fructus eſt Chriſtiano & Gentili,ei qui ſacra aqua expiatus eſt, & ei qui non expiatus eſt: ei qui rectè ſenſit, & ei qui non rectè ſenſit?

Explicatio.

Si Pauli ſentẽtia,fidelis qui ſuis non conſulit,Deum negauit,éſtque iis qui à fide & religione vera abhorrent,deterior, vt qui nõ cum ſcientia,fide & baptiſmo etiam mores Chriſti doctrinam præ ſe ferentes, inducat, ſed D
ſpeciem quidem religionis ac pietatis habeat,eius autem vim rémque negauerit:iis qui fidem & religionem veram non ſequuntur,deterior eſt. Sic eo peius eſt cum notitia & ſcientia peccare, quàm ſine ſcientia, quo grauius eſt peccatũ quod cauſam excuſationémque nõ habet,eo quod habet.

Quæſtio 4.

Si pro virili ſua ſtuduerunt hæretici ſcire & tueri decretorum veritatem, nec potuerunt, quî non eſt iniquum,eos qui à veritate aberrarunt, ſupplicíis dedi?

Explicatio.

Hoc ipſo hęretici veritatẽ pro virili parte non quæſierunt,quòd eam cùm ab iis qui eam inueniſſent,doceretur,accipere ac diſcere nec potuerunt,nec E
ſuſtinuerunt. Quòd ſi hæc vera eſſet excuſatio, deberent ipſi alij aliis errantibus ignoſcere,vt qui infirmitate imbecillitatéque poteſtatis,non ſententiæ improbitate hęreſes atque ſectas inuexiſſent atque cõfirmaſſent & inter ſe diſcrepantes,&à veritate.Nũc cùm ſe inter ſe condemnent alienę abſurdæ-

A abſurdæque ſententię nomine, planè declarant, à cupiditate glorię, aut à ſtudio in principes ſectarum hæreſes omnes confirmationis ſui cauſas habuiſſe, qua ex cauſa graues lupi ſectarũ principes ab Apoſtolo nominati ſunt. Fieri autem non poſſe, quin is qui veritatem toto corde atque pro virili quærit, inueniat, teſtis eſt Dominus, qui ait, Omnis qui petit, accipit, & qui quærit inueniet, pulſantíque aperietur.

Quæſtio 5.

Si in hęreticorum templis virtutes atque miracula eduntur, veluti morborum curationes, & ſpirituum immundorum expulſiones, frugum terræ v-
B bertas, oleíq; eruptiones quî fieri poteſt, quin ex his in errore confirmẽtur?

Explicatio.

Vt quòd oritur ſol & bonis & malis, & pluuia ad iuſtos & iniuſtos defluit, non eò valet, vt eos in ſcelere confirmet, ſed ad ſupplicium præparat: ſic miraculorum quę nonnulli apud eos efficiunt editio nõ eò valet, vt hęreticos in errore confirmet. Si enim argumentum documentúmque eſſet religionis miraculorum editio, nunquam Dominus eos quos improbat, & qui indigni ſunt ipſius contubernio & familia, dicturos pronunciaſſet, Domine nónne in nomine tuo prophetauimus, & in tuo nomine dæmonia expulimus, tuóque nomine miracula multa edidimus? quibus reſponſu-
C rus eſt, Nunquam vos noui. Diſcedite à me, operarij iniquitatis. Non dixerunt, Docuiſti nos eſculenta & poculenta largiri eſurientibus & ſitientibus. multò magis ipſe ſimilia iis quæ nos docuit facit, dum ignem in capita eorum qui indignè fidei largitorem non nouerunt, congerit.

Quæſtio 6.

Si in iis qui dolent quíque lætantur, animi permotio declaratur, illius autẽ participes ſunt in iudicio peccatores, huius boni: quomodo verũ pronũciat is qui ait, in homines poſt reſurrectionem animi permotiones non cadere?

Explicatio.

Impatibiles nos excitatum iri dicimus, quòd mutatio in nos non cadat ab
D iis quæ ſumus natura, nec in contraria quæ ſunt eſſe & non eſſe, nec in cõtraria quæ ex eo quod magis eſt & minùs ſumuntur, veluti ex gaudio in dolorẽ nõ immutamur, nec eodem bono gaudemus aliàs magis, aliàs minùs: quòd ſi ex maiore bono plus lætamur, & ex minore minùs, at certè hoc modo pro portione bonorum gaudij magnitudo manet immutabilis. Atque hoc quidem in iis verum eſt, qui ad vitam excitantur. Eorum autem qui ad iudiciũ condemnationémque excitãtur, eadem eſt ratio, cùm quaſi morte iudicio liberantur. Eorum enim qui excitantur, alij ad vitam excitantur, alij ad condemnationem.

Quæſtio 7.

E Si mutationis ſignum eſt, bonorum & malorum ſenſum notitiámque ſumere, quî ſunt immutabiles ij qui ſuppliciis afficiuntur, iuſtorúmq; remiſſionem reputant? aut rurſus ij qui in quiete ſunt, & de ſupplicio malorum cogitant? Tum enim vtrumque alteri maiorem ſenſum tribuit, cùm in propinquo ſita ſunt contraria.

Explicatio. A

In futuro ſeculo magnitudo ſenſus & gloriæ & ſupplicij in mẽſura & proportione gloriæ ac ſupplicij ſita eſt:nec propinquo contrariorum ſitu ſenſus acceſsionem vel deceſsionem accipere vllo modo poteſt. Immutabilia enim ſunt ibi omnia quemadmodum qualitate,ſic etiam quantitate.

Quæſtio 8.

Si boni ac mali,itémque ſtatus notitiam à Deo accepimus,quî fit,vt vtriuſque cauſa non ſit is,qui vtriuſque & notionem & vim illorum explendorum cauſa naturæ quaſi inſeuit?

Explicatio. B

Deus non ſolùm eam vim nobis dedit,vt eſſemus, bonúmq; & malũ cognoſceremus atque faceremus , ſed etiam liberum arbitrium nobis conceſſit,poteſtatémque fecit eligendi id quod videretur pro eorum quæ cognoſcuntur præpoſitione:nec virtutem aut vitium noſtrum in cognitione eorum quę cognoſcuntur poſuit,ſed in ſelectione eorum quę deliguntur.Nõ igitur cauſa eſt Deus virtutis noſtræ aut vitij, ſed propoſitum noſtrum & voluntas. Vt enim qui ſcortum videt,ac ſcortum eſſe ſcit,ex ſcientia illa & cognitione ſcortator non eſt: quin ne ſi cognitio quidem illa appetitus motum excitet,ſcortator eſt: ſi verò motui aſſentiatur voluntas,tum denique eſt ſcortator, vel opere,vel affectione:ſic etiam cauſa non eſt cognitio cur boni & mali ſint homines,ſed voluntas quæ ex præpoſitione rerum id quod videtur ſequuta eſt. C

Quæſtio 9.

Si ea quæ antè dicta ſunt, Deus dedit, corona autem donat & ſupplicio afficit vnumquemque hominem pro eorum quæ egerunt dignitate:quî fit vt vtrumque iuſtè Deus faciat,cùm homo vtrumque ab eo habeat?

Explicatio.

Hæc duo, nobis & in nobis,inter ſe differunt.nos quidem mares & fœminæ ſumus, in nobis autem ſitum eſt, vt caſti & pudici vel ſcortatores ſimus. Corona igitur donamur, vel ſupplicio afficimur, quòd hæc in nobis ſita ſit. Ad quæ enim voluntas nos impellit,eorũ cauſa vel corona donamur,vel afficimur ſupplicio.Deus enim nobis facultates dedit ad agendum, ſed eas libertati voluntatis iudiciíque ſubiecit: & ad propoſitum ac voluntatem ius habet Deus gubernandi eas facultates quæ in nobis ſuos habent appetitus, non ad naturam. Accepimus autem à Deo agendi ac non agendi poteſtatem,ita tamen,vt ea quæ iuſta ſunt agamus,quæ autem iniuſta ſunt, non agamus. Cùm ergo ita agimus & non agimus,iure corona donamur. Cùm autem hæc ita mutamus in contrarium, vt agamus & non agamus,iure pœnas luimus. D

Quæſtio 10. E

Si ea quæ ad corpus pertinent, & de Gentium diis dicta ſunt à poëtis,& de Deo à prophetis,ex allegoria diuerſam intelligentiam habent:quî fit,vt vtrumque fabula eſſe non doceatur?

Explicatio.

A *Explicatio.*

Ea quæ allegoricè à prophetis de Deo prodita ſunt, per tranſlationem di-
cta ſunt ab iis quæ natura fiunt, ad ea quæ non fiunt aut ſunt natura. Ve-
luti illud, Olfecit Deus odorem plenum ſuauitatis:in hominibus quidem
natura odor ſentitur,in Deo autem impropriè,non natura. Quæ autem à
poëtis non verè de diis commemorantur, non dicuntur per tranſlationem
ab iis quæ natura fiunt ad ea quæ nõ fiunt natura. Neque enim homo ho-
minem natura abſorbet,vt per tranſlationem à Saturno Iouem abſorptum
eſſe intelligamus,ſed fabula eſt quæ tradit abſorptum eſſe Iouem,niſi quòd
B nihil aliud falſum continet.

Quæſtio 11.

Si id quod continet eo quod continetur maius eſt eſſentia,dignitate autẽ
minus,velut cælum & terra domicilium ſunt angelorum,qui in animi cor-
pore habitant:Deus autem vniuerſum continet:quî fit,vt non ſit minor v-
niuerſitate ratione & nomine indignitatis?

Explicatio.

Ratio hæc non valet in toto genere. Itaque nec rectè poſita eſt quæſtio
(quorum enim contrarium iiſdem inueniri poteſt,ea in eo genere ſunt,vt
neceſſitatem in concludendo non habeant)nec quicquam valet ad facien-
C dam fidem. Sunt enim quædã quę continentur,minora iis quæ continent
& eſſentia & dignitate, vt grana pomis. prętereà ea quę continere dicta
ſunt,hoc vno quòd ſunt,ea quæ continent, complectuntur. Deus autem
ſolus voluntate vniuerſum complectitur & continet. Atque alia quidem
quę continent,ipſa quoque eo quod continet,egent. Deus autem non re-
quirit quod ipſum contineat. Alia etiam quę cõtinentur,non ſunt nec per-
manent eius vi quod ipſa continet. Vniuerſum autem vtrumque habet à
Deo. Et ea quidem quæ continendi vim habere dicta ſunt,in rerum natu-
ra ſunt eorum vi quæ continentur. Deus autẽ non eſt vniuerſi vi & opera.
Itaque maior eſt Deus vniuerſo non ſolùm eſſentia,ſed etiam dignitate.

D *Quæſtio* 12.

Si id quod continet eſt eius tuendi conſeruandíque cauſa,quod contine-
tur,quî fit,vt Deus qui complexu ſuo vniuerſitatem continet,non tuendi
conſeruandíque mali cauſa & perpetuandi vniuerſum contineat? In parte
enim vniuerſi malum cernitur.

Explicatio.

Vniuerſum opus eſt Dei,Deuſq; cùm vniuerſum cõſeruat,opus ſuũ tuetur:
atque vt Deus nihil natura malũ efficit,ſic nihil natura malum conſeruat.

Quæſtio 13.

Si mortui excitantur,vt quæ quiſque in vita geſsit, recipiat,quî fit vt par-
E ui,aut etiam ij qui in aluo migrarunt à vita,nõ excitentur:cùm nec pro fa-
ctis ac meritis quicquam accipiant, nec quietis aut mali ſenſum per æta-
tem accipere poſsint?

Explicatio.

Is qui credit verum eſſe illud, Seminatur in infirmitate,reſurgit in virtute,

& poteſt & debet, puerorum etiã reſurrectionem fore credere. Qui enim A
eis immortalitatem tribuit, eiſdem etiam vim ſentiendi bona quę adſunt, tribuere poteſt. qui niſi excitentur, eos Deus fruſtra ac ſine cauſa effinxiſſe reperietur. Quòd ſi Deus nihil ſine cauſa facit, pueri etiam reſurrectione in lucem proferantur & perueniant neceſſe eſt. Quî autem non abſurdũ & alienum ſit, condemnari Herodem vlciſcendæ mortis puerorum cauſa, ſi pueri quorum mortem Deus vlciſcetur, nulli ſint? Hęc verò confirmat Ioannis Baptiſtæ in matris aluo geſtientis lętitia, puerorúmque & lactentium laudatio.

Quæſtio 14. B

Si falſus eſt atq; vanus baptiſmus is qui ab hęreticis datur, cur ij qui rectè ſentiunt, hæreticum qui ad veram rectámque ſententiam redit & confugit, non baptizant, ſed in falſo quaſi verum ſit baptiſmo manere patiuntur? Si verò ab illis etiam, vt ita dicam, ordinatus ſit, eámque ipſi inſtitutionem vt ratam ſtabilémque comprobant, cur & is qui gratus acceptúſque eſt, & ij qui eum comprobarunt, reprehenſione carent?

Explicatio.

Hæretici qui ad cœtum rectè ſentientium venit error corrigitur, prauæ quidem ſententiæ, ſententiæ mutatione: baptiſmi autem, ſancti vnguenti inunctione & perfuſione: ordinationis verò, ordinatione: nec quicquam C
eorum quæ antea in eis inerant, non obliteratum manet.

Quæſtio 15.

Si minimè peccauit Iob, cùm diei malè precatus eſt, perſpicuum eſt eum vt iuſtum auditum eſſe: ſi auditus eſt, terminum legémque ſuam Deus abrogauit, atque illius diei interitus in diuina ſcriptura neceſſariò quærendus eſt. Si non eſt auditus, quî fit, vt hoc non ſit dicendũ, eum qui peccator eſſet, auditũ non fuiſſe? Voluntatem enim eorum qui ſe timent, Deus explebit. De peccatoribus autem dictum eſt, Si preces veſtras multiplicaueritis, non vos audiam.

Explicatio. D

Iob in propoſita deteſtatione tale quid ſibi propoſuerat, vt ſi diceret, Vtinã eſſet dies in quo natus ſum, vt ita dicã, maledictus hac maledictione. Cur? vt ego natus non eſſem. Neque enim quiſquam naſci poteſt, die eo, qui ita maledictus ſit. Non eſt igitur deteſtatio hæc ſic maledicta, quaſi exitum expectet. Si enim ita facta eſſet deteſtatio, quaſi euentum expectaret, retractaſſet orationem ſuam, cùm à miſeriis & calamitatibus liberatus eſt, & res eius in meliore ſtatu fuerunt. Grauitate igitur calamitatis coactus, hæc ex animi ſententia dixit, quæ ab eo, vt perſpicuum eſt, non iam eandẽ de eodem die habuit ſententiam.

Quæſtio 16. E

Si natura noſtra, cùm aliquid genitum & procreatum eſt, id eiuſdem eſt eſſentiæ, cuius id quod procreauit, quî fit, vt non eiuſdem præſcripto, ſi quid generatum eſt, poſterius ſit eo quod genuit? Si non ſecundum, certè nec primum, ſimiliter à nobis in diuina generatione intelligetur.

Explicatio.

A *Explicatio.*

Nos quidem qui antè quàm gignamus,ſumus,poſteaquàm ſumus,procreamus : Deus autem ſimul atque fuit, genuit. Itaque non eſt apud Deum ſtatus eo quod gignitur poſterior,quòd nec ſtatus generationẽ antecedat.

Quæſtio 17.

Si diuinarum hypoſtaſeωn vnio eſt indiuidua, quomodo tres hypoſtaſes, perſonæque tres nominari poſſunt,ac non magis hypoſtaſis vna tribus nominibus appellatur, aut trium perſonarum dicitur?

Explicatio.

B Diuinarum hypoſtaſeωn id quod eſſentiæ eſt, vnum eſt quod dirimi non poteſt: quod autem earum eſt proprium,diuidi poteſt. Itaque hypoſtaſes tres ſecretæ nominibus,tres ſunt : & hypoſtaſin quam Patrem vocamus, non iam etiam Filium appellamus,ſed aliam.Trinitatem enim nominum, trinitatis perſonarum,non vnitatis earum eſſe dicimus. Quocirca vnus eſt Deus eſſentiæ quæ diuidi dirimíque non poteſt vnitate:tres autem perſonæ ſunt hypoſtaſeωn diſtinctione.

Quæſtio 18.

Si Dei nomen eſſentiam, patris autem perſonam declarat, quomodo idẽ eſt ſi dicamus,filium Dei,vt ſi dicamus,patris filium?

C *Explicatio.*

Si ſeparatim dicamus filium,aliàs filium patris,aliàs Dei filium, non tamẽ ſeparatim ipſum vnquam intelligimus.filius ergo eſt patris eius qui eſſentia ac per ſe Deus eſt,filius. Idem autem eſt ſi dicamus filium patris,quod ſi dicamus, Dei filium,propterea quòd ſi quid eſt perſonę,id etiam eſt eſſentiæ perſonæ.

Quæſtio 19.

Si in iis quæ à piis negantur tremoris eſt obſeruatio,cur pij qui eam omni ratione repudiare volunt,non poſſunt, cùm lætum vel triſtem ſignificet? Ac ſi hoc in malo eſt,quomodo ex noſtra propoſitione accedit?Sin in bo-

D no,quod mihi non placet, cur repudiatur?

Explicatio.

Prænotio quidem rerum futurarum animi eſt, qui à diuino ſpiritu ad rerũ interim incertarum cognitionem illuſtratur,non à motu corporis non voluntario. Tremor autẽ motus eſt corporis ex ſpiritus naturalis curſu & fluxione,qui in animantium omnium corpore reſidet.Itaque indignum iudicabant ſancti eſſe iudiciũ rerum futurarum eiuſmodi corporis motionẽ. Atque vt ſternutamenta narium,tinnitúſque aurium pręter noſtrum propoſitum incidunt, ſic etiam tremor. Præterea iis qui in futuri ſtatus ſpem venerunt,atque hoc vnum ſibi habent propoſitum,illam omni ratione in

E vita intueri,ſuperuacaneum eſt,hilaritatem,vel triſtitiam hic per tremores pręnoſcere.Quòd ſi idẽ tremor prænũcius diuitiarũ homini qui in mundo verſatur,& Chriſtiano incidat,quî fit,vt nõ falſa ſit diuitiarum per tremorem ſignificatio,cùm Chriſtiani propoſitum non ſolùm rerum non præſentium acceſsionẽ,non ſequatur,ſed ne præſentium quidem poſſeſsionẽ?

Quæſtio 20. A

Si piſcatores ad mortem & interitum piſces ex aqua extrahunt & capiunt, cur ad vitam æternam dominus Chriſtus per Apoſtolos homines introducturus, eos ſe piſcatores hominum facturum eſſe promiſit?

Explicatio.

Quia eos homines quos Apoſtoli retibus regni caperent, mori oportebat ſuperiore vita quam in peccatis egiſſent, idcirco capturæ piſciũ hominũ capturã cõparauit. Addidit autẽ illud, in vitam, adiũcto eo quod exemplo deerat, ei quod docebatur. *Quæſtio* 21.

Si prudenti ratione & cõſilio ducti monachi, voluptates quæ in coniugio B inſunt, repudiarunt, cur eis in viſis quæ in quiete & ſomno occurrunt, ea quæ nolint, incidunt? nec ſolùm cum quibuſuis, ſed interdum etiam cum matribus ac ſororibus in viſione miſceri ſe exiſtimant? Quibus ergo armis eis vtendũ eſt vt à tali bello liberẽtur? & eíne qui bello victus erit, à ſacramẽtis abſtinẽdũ ſit, & nũ neceſſe ſit illũ ad ea accedere, cũ aqua ablutus erit, vel aliquo alio eiuſdẽ generis vſus aut perfuſus, ne Iudæorũ ritu loco moueãtur, doce: quandoquidẽ magna eſt de hac re etiam ab illis tractata quæſtio.

Explicatio.

Quoniã ij qui in Dei benignitate acquieſcũt, peruigilem hoſtem habent, qui quibuſcunque modis poteſt, piis maculam inurere conatur, fit vt multa C eis per quietem non ſponte incidant. Et quanquam intelligit hoſtis, in iis quæ nõ ſunt in noſtra poteſtate, nec eorũ ergò quæ bona præclaráq; ſunt, laudari nos, nec eorũ quæ turpia maláque, vituperari (laus enim atque vituperatio in iis verſantur, quæ à nobis cum aſſenſione rationis agũtur) omniáq; in iis eſſe, quę in noſtra poteſtate nõ ſunt, tamẽ in ſomniis quoque vtrorumque actiones tam eorũ quæ pulchra ſunt, quàm eorũ quæ turpia, permouet & excitat, quòd vereatur ne nos vel rerũ pulchrarum actione in vanã falſámq; eorũ quæ minimè egerimus gloriationẽ excitet, vel turpium opere inuenire nos poſſit ex iniqua actione percipiẽtes voluptatem. Atqui nõ eſt ſitũ in ipſis nobis, vt eiuſmodi ſomnia videamus. ne autẽ delectemur D nõ volũtario facto, aut offendamur, hoc in nobis ſitũ eſt. Si ergo nos actione quę nõ eſt volũtatis, delectari offendat, hoſtis quaſi victor gloriatur. Sin moleſtè ferẽtes, cõſilio victus euaneſcit. Quocirca ſatis eſt ad malæ excogitationis depulſionẽ ac liberationẽ, eo quod incõſultò accidit, offendi, lachrymíſque delere & abluere viſionũ quę ita nobis inuitis aut certè minimè volentibus occurrunt, deteſtationem. Eos autem planè ęquum eſt, quibus ita actiones non voluntariæ eueniunt, à diuinorum ſacramentorum participatione abſtinere. alioqui hoc ipſo eorum malorum quæ voluntate, & eorum quæ nõ voluntate ſuſcipiuntur & geruntur, differentiam tollimus.

Quæſtio 22. E

Si cũ frumẽto creſcere loliũ ſiue zizania dominus Chriſtus voluit, quomodo zizania multiplicata ſunt, & frumẽtum fere defecit? & quid argumẽto eſt frumentum defeciſſe, & quî fit, vt non falſa ſit communis horũ incrementi acceſsioníſque prædictio?

Explicatio.

A *Explicatio.*

Demōſtratio qua frumētum defeciſſe docetur, hæc eſt, ipſius Domini prędictio, Quia abundauit & multiplicata eſt iniquitas, multorum charitas refrigeſcet. Et rurſus, In vltimis diebus à fide quidam diſcedent, & attentè audient ſpiritus impoſtores, hominúmque doctrinam. Et rurſus, A veritate quidam abſtrahentur, & ſe ad fabulas conuertent. Et rurſus, Adibunt vos lupi graues, nec gregi parcent, vt diſcipulos diſpergant qui ipſos ſequantur. Frumentum autem non defecturum eſſe vſque ad finem ſeculi, Dominus declarat his verbis, Eorum autem qui electi probatíque ſunt à Patre cau-
B ſa, dies illi minuentur. Verùm ſi quid frumento accidat, quod de eius acceſsione & defectione non ſit dictum, perſpicuum eſt falſum eſſe ſermonem qui de eo habitus ſit. Si verò à principio prædictionis ad finem ſeculi omnia quæ ei euentura ſunt, data ſunt prædictionibus, perſpicuum eſt verba quæ de eo facta ſint, non eſſe falſa. Quòd ſi zizania ſunt, frumentum ſit etiam neceſſe eſt. Ex eorum enim propinquo ſitu, & frumentum id quod eſt, & lolium cognoſcitur: & alterutroque non extante, nec alterum quid ſit cognoſcitur. *Quæſtio* 23.

C Si Dominus antè quàm mortē perferret, rogauit vt diſcipuli à Patre ſancti efficerentur, & tamen poſteà Iudas periit, quî fit, vt cauſa eorum preces oblatæ, acceptę gratæq; fuerint? quomodo verū eſt etiam illud, Scio me à te ſemper audiri? *Explicatio.*

Iudas quidē ex eo tēpore periit, cùm Chriſtus buccellā panis intinctā ei dedit, acceptáq; buccella à Iuda, Satanas in eum intrauit, egreſſúſq; ſe à cæteris diſcipulis diremit. Preces autē pro diſcipulis fuſę ſunt poſt Iudę diſiunctionē. Idq; ex ipſis precibus intelligitur, cùm Dominus precatus eſt his verbis, Quos mihi dediſti & tradidiſti, ſeruaui, nec quiſquā eorū periit, niſi filius perditus, vt ſcriptura impleatur. Primùm igitur Iudas periit, deinde fuſæ ſunt preces diſcipulorum cauſa, poſtremò conſeruatoris mors ſequuta eſt.

D *Quæſtio* 24.

Si Deus creatę naturę opifex eſt & dominus, quónā pacto ea quę Apollonius fecit, in naturæ creatæ partibus eſſe poſſunt? Nā & maris impetus, & ventorū impulſiones, & muriū beſtiarúmq; curſus vt cernimus, impediunt. Quòd ſi ea quę à Chriſto edita ſunt miracula, ſola expoſitione ferūtur, ea autē quæ ille fecit, maxima ex parte rebus ipſis declarātur: quid eſt quāobrem nō eos qui cernūt decipiat & captet? Quod ſi diuino permiſſu factū eſt, quid afferri poteſt, quin dux Gentium erroris fuerit hæc talis permiſsio? Si hoc non eſt, quid cauſæ eſt, quin vi dæmonū facta ſint? Rurſus ſi illud fecit, quòd eo quod fiebat quaſi bonum eſſet lætaretur, cur non à prophetis aut Apoſto-
E lis hęc talia geſta ſunt? Si eo vt malo nō delectabatur, cur id quod prauū eſt, aut nō ſtatim prohibuit, aut paulò pòſt non deleuit & ſuſtulit, ſed ad finem creatæ naturæ valere ac tenere paſſus eſt? *Explicatio.*

Apollonius quidem vt vir ſcientia naturalium facultatum prędituſ, cō ſenſionúmque & contrariarum affectionum quę in eis inſunt, ex ea arte effecta edebat, non diuina authoritate.

Itaque in omnibus perfectionibus ei neceſſaria erat materiæ accommodatæ aſſumptio,qua adiutrice id quod abſoluebatur,explebat. Conſeruator autem noſter Chriſtus pro diuina ſua authoritate ac iure mira inuſitatáque opera perficiens,nuſquam materiam requirebat, ſed imperium eius ac prædictionem res & ſequebantur & ſequuntur. Et res quidem quas Apollonius efficiebat, quoniam ex arte naturalium virium factæ ſunt,ad functiones corporeas hominum non euertit Dominus : ipſum autem dęmona, qui in eius ſigno inſidebat, & in diuinationibus homines decipit,faciebátq; vt Apollonius pro Deo coleretur,eique diuini honores tribuerentur,eius extinctis diuinationibus, mutum reddidit:& vnà cum illo B cæterorum dæmonum qui à Gentibus deorum nomine colebantur, potentiam euertit,quemadmodum res ipſa declarat.In his autem cùm diuinæ Christi poteſtatis indicia quaſi veſtigia impreſſa habeamus, non debemus Chriſti miracula in nuda ſimplicíque expoſitione ſita eſſe dicere.

Quæſtio 25.

Si eruditus eſt Moſes omni Ægyptiorum ſapientia, poterátque dicendo & faciendo, ſicuti diuina ſcripta commemorant, quomodo Aſtronomíam, Geometriam, Aſtrologiam, eáque quæ his conſentanea ſunt, idem beatus propheta non didicit? Ægyptiorum enim tum ſapientia erroris diſciplinas docebat. Cur igitur ob hæc talia verba & facta à ſcriptura C ſuſpicitur?

Explicatio.

Admiratione ob verborũ rerúmq; facultatẽ dignũ eſſe tradit prophetã diuina ſcriptura,nõ ob verborũ rerúmq; cauſã per ſe,indigna enim erãt illa per ſe prophetæ laude & cõmẽdatione:ſed quia vtriuſq; cõmẽdatus erat Ægyptiis propheta & dicendi arte,& vitæ quæ mundũ attingit ſplendore,vtrique autem Dei religionem antepoſuerat,propterea eum ſcriptura commẽdauit. Aſtronomia porrò, Aſtrologia & Geometria apud Ægyptios tum vulgares, humiles,tritæque diſciplinæ habitę ſunt. In honore autẽ & precio tum erant apud eos diſciplinæ quę hieroglyphicę vocanrur,id eſt,quę D ſculptis animalium figuris vocabula ſignificabant,quæ in locis abditis non quibuſuis, ſed præcipuis & approbatis tradebantur, quarum etſi propheta ſcientia erat præditus, tamen earum etiam vſu non valebat, vt quæ generi viuendi Hebræorum quod Deo probabatur, eſſent contrariæ : cuius amore & ſtudio ductus Moſes,contempta in Aegypto omni regia potentia,cum Dei populo affligi opprimíque maluit.

Quæſtio 26.

Si omnes aquæ in ſanguinẽ verſæ ſunt à Moſe,cur illud ſcriptura ſubiicit, Fecerũt autẽ etiam Magi Aegyptiorũ eodem modo? Aut enim falſum eſt omnẽ aquã à Moſe in ſanguinẽm verſam eſſe,aut rurſus Magos feciſſe eodẽ E modo.eadémque eſt ratio cæterorum miraculorum quę ab eis ſunt edita.

Explicatio.

Cùm aqua omnis,quę terrã inundabat,verſa fuiſſet in ſanguinem,coacti ſunt Aegyptij circum flumen puteos fodere & aquam haurire, eáque

& ſe

A & ſe & animantia ſua & pecora aquare. Ex ea aqua, quæ ex puteis hauriebatur, ſanguinem Magi fecerunt, nec vſquam falſa eſt oratio. Ac ea quidem miracula, quæ à Moſe edita ſunt, cùm diuina opera edita ſint, mutatione naturæ aquæ quæ proponebatur, in naturam eius quod efficiebatur, extiterũt. Ea autem quę Magi ediderunt, dæmonum opera edita ſunt, qui faciebant, vt oculi eorum qui cernebant, ſerpentem, ſanguinẽ & ranas quæ non erant, videre viderentur.

Quæſtio 27.

Si Moſes contraria ſibi non docebat, cùm & oſſa Ioſeph reduxit, & B eum qui mortuum contigit, deteſtatus eſt, erátque ei iuſta cauſa: eam nunc diſcamus, & cur ſcriptura non dixit, qua de cauſa illa Moſes faciens, hæc docebat.

Explicatio

Quoniam moriens Ioſeph de oſsium ſuorum tranſlatione filios Iſraëliticos, vt ita dicam, adiurauit, & vtrumque Moſi videndum erat, & ne iuſiurandum violaret, & ne mortuum contingeret, iuriſiurandi religionem ſeruauit. neque enim vtrumque ſeruare poterat & legem & iuſiurandum. Itaque ſeruando iureiurando quod magis ſeruandum erat, legem cui minùs parendum erat, violauit. Vbique enim minus malum maiori eſt ante-C ponendum. Multáque eiuſdem generis in diuinis ſcriptis reperiũtur, quæ Deus non dat crimini iis qui ea violant, propter neceſsitatem quæ incidit, veluti circuncíſio octaui diei, & circuitus octo dierum vrbis Hierichonis, hoſtiarúmque in ſabbato oblatio & immolatio, quæ quidem ſabbati violationem continent. Prætereà ſi conſtituit propheta, qui ex ſucceſsione ac viciſsim Ioſeph oſſa portarent, & ex lege Moſis hoc numero expiari, nihil egit quod ab oratione ipſius diſcreparet. Quærere autem cur horum cauſa quæ eſſet non expoſuit propheta, ſimile eſt vt ſi quæratur, cur nõ omnes ſcripturas interpretatas reliquerunt ij qui eas explanauerũt. D Quia in rei narratione tacitè rei continetur intelligentia, ob eam cauſam ſcriptura eam cum interpretatione & explanatione patefaciendam non cenſuit.

Quæſtio 28.

Si Phariſæorum fucatam religionem reprehendens Dominus, eos eſſe dixit ſepulchra dealbata, quæ plena ſunt mortuorum oſsium, omníſque impuritatis, & in lege qui mortuum contingebat, impurus & immundus habebatur, vt qui aliquid alienum abſurdúmque faceret, & mortuos eorúmque ſepulchra deteſtantur quòd & à veteri & à nouo teſtamento mortuus immundus vocetur: quid eſt cauſæ, quin Chriſtus contra vtrumque fecerit, qui & viduæ filium à mortuis excitans, loculum contigit, & Iaïr filiæ manum tenuit? Etſi enim vterque ad extremum ab inferis ex-E citatus eſt, tamen tactum mortua corpora, ſiue cadauera receperunt.

Explicatio.

Cadauera mortuáve corpora eorúmque ſepulchra homines auerſantur & deteſtantur, propter tetrũ odorem qui eis accidit, nõ propter mortẽ quę ſequuta eſt. Si enim omnino cadauera homines propter mortẽ quę eis

accidit, deteſtabantur, mortuorum animalium corporũ partibus ad viuorum vtilitatẽ vtendũ non erat, veluti pellibus, cornibus, crinibus, felle, adipe & carnibus, quę nulla ratio à morticino quod in eis ineſt adimere poteſt. Quodſi hęc quoq; mortua ſunt, nec ea homines ꝓpter eã cõmoditatẽ quã ex iis percipiunt, deteſtantur, quî fit vt non abſurdiſsimum ſit, hæc quidẽ munda & pura habere ꝓpter eã vtilitatem quæ ex eis capitur, Gentes autem deteſtari ſanctorum martyrum corpora atq; ſepulchra quæ vim habeant & tuendi homines à dæmonũ inſidiis, & curandi morbos, qui medicorum arte curari nequeant? Cõparabat autem Dominus fucatã ſimulatámque Phariſæorum religionem dealbatis ſepulchris, propterea quòd queádmodum deteſtabilis eſt viuorum ſententia teter cadauerum odor, & impuritas, ſic etiam illorum ſcelus deteſtabile eſt piorum ſentẽtia, cùm ſit quodammodo eorum animi mors, teter odor, & immunditia. Vt enim cùm animus diſceſsit à corpore, mortuum corpus & malè olet, & immundũ eſt: ſic timore Dei ab animo ſeiuncto mortuus eſt animus, & tetrum odorem efflat, & immundus eſt. Nec quicquã fecit Dominus, quod veteri aut nouo teſtamento repugnet. Neque enim lege tenebatur tum cùm eos mortuos quorum quæſtio mentionem facit, excitauit à mortuis. A baptiſmo enim cœpit Dominus id genus vitæ docere quod euangelium attingit, cùm legis ſublata eſſet obſeruatio. Itaque mortui tactu minimè pollutus & contaminatus eſt. Nouo autem teſtamento ea ſola homines contaminãt & inquinant, quæ ab animo & corde mala proficiſcũtur. Mortuus verò ſi contingatur, non inquinat. A B C

Quæſtio. 29.

Si domus in qua erat Dominus, tum cùm paralyticus curandus fuit, plena erat, ob eámq; cauſam coacti ſunt ij qui illum portabant, tectum euertere, atque per ipſum demittere ægrum, quî fit vt ea turba hominum, qui confertí erant, ſoluto tecto non oppreſsi ſint ruina?

Explicatio.

Cùm intelligerent ij qui erant in domo illa, fore vt tectum aperiretur, omnino diſceſſerunt. Neque enim tam ſtulti erant ij qui tectum retegebãt, quin clamarent & admonerent eos qui ibi erãt, abirent & diſcederẽt, ne ruina opprimerentur. Neque enim neceſſe fuit, totum tectum deiici, ſed tantùm quantum ſatis eſſet, ad demittendum eum, qui erat paralyticus. D

Quæſtio 30.

Si vnumquemq; hominem comitatur angelus cuſtos, quemadmodum diuina ſcriptura cõmemorat, hominũ autẽ numerus interdũ augetur, interdum decreſcit, vt in inundatione, cæteriſq; cladibus pro ſuis factis pertulerunt, ſi angeli maiorem & minorem numerum non capiunt, quodnã tum officium pręſtabant, cùm vnuſquiſque angelus principio à Deo munus & officium adeptus ſit? E

Explicatio.

Omnes quidem angeli & qui præſunt, & qui parent, munus neceſſarium & in cælis & in terra hominum cauſa exequuntur. Qui autem id ne-

A id negotij ac muneris acceperunt, vt cuſtodes hominum ſint & comites, eorum ſemper augetur numerus, nunquàm diminuitur. Aut enim vtrunque comitantur, animum dico & corpus, aut certè animum comitantur poſt diſceſſum animi à corpore, vſque ad tempus renouationis. Antè enim quàm munus cuſtodiendorum hominum aſſumant, alia hominum cauſa munera eorum qui præſunt, propria explent.

Quæſtio 31.

Si nutu Diuino nubes in terram pluuiam effundunt, cur nubes ij qui nubium conſectatores dicuntur, cantionibus quibuſdam cogunt, vbi vo-
B lunt grandinem, atque nimbos effundere.

Explicatio.

Hoc quoniam ſacrarum ſcripturarum teſtimonio cõfirmas, pluuiam eſſe ex cantionibus, à fide abhortet. Qui enim hanc quæſtionem poſuiſti, nõ ex iis quæ fieri vidiſti, quæſtionem poſuiſti, ſed ex iis quæ audiſti.

Quæſtio 32.

Si Deus mortalem naturam noſtram fecit, cur Deũ mortẽ nõ feciſſe dicis?

Explicatio.

C Non ſi quid eſt mortale natura, id omnino mori neceſſe eſt. Argumento ſunt Enoch & Elias, qui cùm natura mortales ſint, in immortalitate etiam manẽt, ſuperiores excelſioréſq; effecti quàm ad quos elogiũ illud pertineat, Terra es & in terrã reuertẽris Verum eſt igitur, naturã noſtrã à Deo factã eſſe mortalẽ, mortémq; inuectã eſſe in mundũ hominis inobedientia. Si enim Deus vt naturã fecit mortalẽ, ſic etiam mortem feciſſet, nõ inobediẽtia mortem induxiſſet: ac ſi Deus inobedientiã nõ fecit, ne mortẽ quidẽ fecit.

Quæſtio 33.

Si hominum natura vt mortalis proprium ac ſuum finem agnoſcit, tẽpus autem vniuſcuiuſque non eſt certi cuiuſdam termini, quod quidem fatum vocat ij qui à religione noſtra abhorrent, quomodo Ezechiæ addita
D ſũt tẽpora? Quod enim additũ eſt, in pręfinito determinatóq; numero certè ſumitur. Vnde igitur in moriẽtibus incertũ interminatũmq; tẽpus docetur?

Explicatio.

Non eſſe vniuſcuiuſq; tempus certum ac definitum, his diuinæ ſcripturæ verbis docetur, Si in cãpo inuenerit homo puellã deſponſatam, eſq; vi illata cum illa dormierit, virũ quidem interficite, puellam autẽ ne interficite. Mores enim corrupit homo proximi ſui, eúmque pulſans, nõ erat qui iuuaret, atq; ita res hæc accidit. Et puella clamauit, nec fuit qui ei auxilium ferret. Nõ autẽ diuina ſcriptura violatũ thorũ coactæ morti cõparaſſet, ſi mors certa definitáq; fuiſſet. Quod enim apud Deum definitũ eſt, id nec violari, nec
E tranſiri poteſt. Quod ſi ita eſt, profectò definitæ Ezechię vitæ tempora vitę non ſunt addita, ſed annis eius qui indefinitè occupauerant, quorum finis morbo lethali eueniebat, niſi Deus morbum eius curaſſet, eúmque ad vitam reuocauiſſet.

Quæſtio 34.

Si elluuies, vt quibuſdam placet, non in omni parte terræ fuit, eámque

tótum oppleuit, ſed eam modò regionem quam illius ætatis homines in- A
colebant:quomodo verum eſt, aquam omnes excelſos montes decem & quatuor cubitis ſuperauiſſe?

Explicatio.

Non videtur illud verum, non in omnem mundum perueniſſe inundationem, niſi fortè loca ea quę cataclyſmus occupauit, maiores cõcauitates, quàm reliqua terræ loca, habuerunt.

Quæſtio 35.

Si eorum omnium quæ ratione nõ vtuntur, opifex eſt Deus, cur id quod B
fiſſam vngulam habet, & ruminat, mundum eſſe voluit? & rurſus cur id quod ruminat, velut camelus, vngulam autem fiſſam non habet, in mundis boníſque numerauit? & quod fiſſam vngulam habet, nec ruminat, vt ſus, in nõ mundis poſuit? atque in piſcibus ij qui ſquamis tecti ſunt, & aues qua re diſtincta ſunt, cùm nõnulla munda, ſi quidem hæc in immundorum numero habentur, edant, & faciant?

Explicatio.

Natura quidem munda ſunt animãtia omnia, bonáque à Deo principio facta ſunt, ex illis verbis, Viditq; Deus omnia quæ fecerat, erántque valde bona, diuinámque à Deo benedictionem acceperunt, quemadmodum ex C
his verbis intelligitur, Creſcite & multiplicamini. Sed quoniam inſtituit Deus in iis omnibus quæ eduntur quaſi iugo ſeruitutis legis Iudæos ſubiicere, ob eam cauſam & animalia quædam, & aues, & piſces munda nominauit, quorum etiam cædem & eſum Iudæis conceſsit: quædam immunda appellauit, quorum eſum eis negauit & prohibuit. Munda igitur hæc & immunda hac de cauſa dicuntur. Quoniámq; in Ægypto tum animalia omnia præter ſuem in deos referebantur, idcirco animalia quędam munda, alia immunda nominauit. Et munda quidem permiſit eis, vt immolarent, alia vt immunda vetuit ne ederent, vtraque re docens ea indigna eſſe Dei & nomine & honore, & quòd immolarentur, & quòd ede- D
rentur: & rurſus quòd immunda dicerentur.

Quæſtio 36.

Si diuinitas nõ eſt capax mutationis, cur de Saülis inũctione pœnituiſſe eũ, & in Niniuitarum conuerſione mutaſſe ſententiam & animum, commemorat ſcriptura?

Explicatio.

Dominus Deus & eſſentia ſua, & dum gerit res ſe dignas, eſt immutabilis. Proſpiciens autem iis quæ mutantur, ad vtilitatem eorum quæ prouidentia ſua regit res mutat. Itaque & ad ignoſcendum, & ad nõ ignoſcendum immutabili animo & ſententia ſe habet. Veniam enim dat ſine mutatione iis qui peccata ſua corrigunt. Qui autem mala minimè corrigunt, eis E
ſine mutatione non ignoſcit. Illud ergo, Pœnitet me, ſtatum eius immutabilem in nõ ignoſcendo declarat: hoc verò, Mutatus eſt Dominus, animum eius, immutabilem in ignoſcendo indicat. Eſt enim Deus immutabilis, ſempérque in iis quę ipſo digna ſunt, permanet. Ad ea autem facienda quæ eo indigna ſunt, nunquam in eum cadit mutatio.

Quæſtio

A *Quæſtio* 37.

Si Ioannis baptiſmus ex lege non erat, ſicuti non erat, quî fit, vt contra legem non fuerit? & quomodo ab iis qui legem habebãt, approbatus eſt? Quid eſt autem, quamobrem non contra legem fecerint ij qui cùm lege terrerentur, baptiſmum qui contra legem erat, receperunt? Si verò ſub lege erat gratiæ baptiſmus, qui nec ex lege, nec ſupra legem, nec contra legem dicitur, ex qua re fieri reperietur?

Explicatio.

Ioannis baptiſmus præludium erat quoddam euangelij gratię. Itaque ſu-B pra legem erat. Neque enim ij qui ex lege peccaſſent, in hoc poterant pœnitentia & fide Chriſti peccatorum accipere remiſſionem.

Quæſtio 38.

Si Ioannes diſcipulis perſuadere volebat, Ieſum ipſum eſſe Chriſtum, cùm illos ad eum miſit, (hoc enim nonnulli dixerunt) cur non negationem eis dixit, ſed interrogationem per eos Chriſto propoſuit? Si verò idem, quòd in vincula coniectus eſſet, ex iis quæ intelligebãtur multis variíſque modis de eo dubitauit (hoc enim alij dixerunt) cur eum tãquàm minimè cognouiſſet, interrogat? Illud enim, Túne is es qui venturus eſt, an alterum expectamus? ſuſpicionem affert, eum tanquàm Chriſtus nondum veniſſet, C rogaſſe eum qui expectaretur. Si enim hoc credidiſſet, non interrogaſſet, Túne es qui venturus eſt, an aliquis alius præter illum?

Explicatio.

Quoniam diuerſi rumores de miraculis quæ Chriſtus ediderat, ſpargebãtur, cùm alij dicerent, Elias eſt qui hæc facit, alij, Hieremias, quidam, Aliquis alius eſt ex prophetis: audiens hos rumores Ioannes in carcere, mittit diſcipulos ſuos, qui ſcirent, num is qui ſigna faceret, is eſſet cui ipſe teſtimonium dixiſſet, an aliquis alius qui à multis diuulgaretur. Ieſus autẽ cognito Ioannis conſilio, in cõſpectu eius diſcipulorum multa inaudita D inuſitatáque opera perfecit, eis fidem faciens, atque per eos Ioanni, ſe eſſe eum qui feciſſet ea etiam miracula quę aliorum nomine celebrarentur, cui dixiſſet pro teſtimonio.

Quæſtio 39.

Si omneis ad ſe tractur ũ Dominus Chriſtus poſteà quàm exaltatus eſſet, promiſit, cur non omnes ad fidem eius confugerunt? Quî autem fit, vt qui omnes ad ſe tracturum eſſe pollicitus eſt, non aduerſetur huic loco? Nemo venit ad me, niſi Pater meus eum traxerit.

Explicatio.

Ex fine ſuo omnis ſermo iudicatur, finis autem huius verbi, omnes ad ſe E eſſe tracturum, tum aderit, cùm omnem principatum poteſtatem & virtutem ſuſtulerit. Non ſunt igitur ante finem ea requirenda quæ ad finem pertinent. Trahit autem Pater ad Filiũ, quòd Filio dat in ea poteſtatem atque vim, vt omnes ad ſe trahere poſſit. Non ergo aliàs trahit Pater ad Filium, aliàs ad ſe Filius. Itaque nihil eſt repugnans in verbis.

Quæſtio 40.

Si in iis qui à dæmonibus obſeſſi ſunt,ſemper dæmones habitāt,quî fit vt aliis parent déntque incommoda,ſiue noceant?Si verò hoc faciūt,dum ad breue tempus ab iis quos vexant,indiciū ſumūt,quî fit vt cùm vi quæ ſub aſpectum non cadit,ab eis exagitantur,non iam in eiſdem præſentiæ ſuę veſtigia declarent? A

Explicatio.

Fieri non poteſt,vt is qui à dæmonibus arreptus eſt faciat. * facit præſentia præſentis * nec eius pręſentiæ extant veſtigia.Vis enim quæ ſub oculos non cadit, eum pellens,timorem ei incutit,ne deinceps ad eum accedat,qui curatus eſt. B

Quæſtio 41.

Si ſolius Dei eſt vitam atque vim dare corporibus, quomodo hoc præſtāt dæmones, qui eam vim dant corporibus eorū quos exagitāt,vt & vincula,& catenas comminuant,& rumpant.Vinctus enim erat funibus & pedicis,vinculíſque ruptis à dæmone pulſus eſt in ſolitudinem.

Explicatio.

Dæmon non corpori vim tribuit, qua poſſet vincula & catenas rumpere, ſed eas dæmon ipſe comminuit atque dirupit, etiamſi diuina ſcriptura ei quem dæmon vexat & exagitat,dæmonis opera attribuat. C

Quæſtio 42.

Si in partes naturæ creatæ dæmones ius & imperium nō habent, cur neglectis oraculis Gentes ſuppliciis afficiebāt, cultúque ſimulachris tributo, pœnas luebant,boníſque ea pro his afficiebant? vnde igitur poſſunt in vtriuſque ſenſum peruenire?

Explicatio.

Soliti erāt dæmones ad hominum errorem ſibi vt Dei nomē, ſic vim tribuere. Non eſſe autem dæmonibus vim quæ negligentes puniat, eóſque qui pareant,beneficiis ornet,& euerſione Gentium ſuperſtitionis,quę ei à Chriſtianorum religione accidit ,intelligi poteſt . Perſpicuè enim atque planè animaduerſa eſt Gentium ſuperſtitio non alia vi in Chriſtianorum religionem vſa eſſe, niſi ea quæ manu hominum gladiíſque comparatur. Si enim Gentium factioni vis diuina quæ pro ea pugnaret ſuppeditauiſſet,nunquàm humana vi ad ſe tuendam vſa eſſet,cùm fruſtra Deos ſuos in euerſione expectauit: quod quidem maximè & imbecillitatem dæmonū declarat,& eos nunquàm poſſe diuina opera facere,quibus & in negligēgentes animaduertant,& eos qui obtemperant,beneficiis augeant. Præterea ſi curatio omnis eſt & viuorum & ſentiētium, quid cauſæ eſt quamobrem nō perſpicuè falſum ſit illud,Curatis ſimulachris pœnas dederunt, cùm nec viuant,nec ſentiant,ſed quemadmodum adcurationes,ſic etiam ad oraculorum negligentiam ſine ſenſu ſe habeant? D E

Quæſtio 43.

Si in tempore inundationis dicit ſcriptura, Bina & bina,& ſeptena atque ſeptena in arcam ingreſſa ſunt animalia rationis expertia,non quatuor,& quatuordecim ex immundis , & mundis. Nonnulli enim hoc dixerunt, quidam

A quidam duo munda tantùm, vtrùm duorum eſt verius?

Explicatio.

Verior eſt eius ſententia qui quatuor & quatuordecim dixit, quàm eius, qui duo & ſeptem cenſuit. bina enim & bina dixit pro, mares duo,& duę fœminæ, & ſeptem mares,ſeptémque fœminę,quorum immunda bina & bina fuerunt.

Quæſtio 44.

Quando Eſaias & Ezechiel animalium quæ multos oculos habebant, viſionem viderunt,num vtroque aliquid patefactum eſt, an altero alterum

B demonſtrabatur? quid verò etiam oſtendebatur?

Explicatio.

Viſione quidem ea quæ Eſaiæ oſtenſa eſt, CHRISTI myſterium enunciabatur, qui in ſolio gloriæ ſedet, eſúque ſanctæ carnis ſuæ peccata impiorum ſceleſtorúmque hominum expiat, qui in omni terra ſanctam eiuſdémque honoris participem Trinitatem honore afficiũt,eíque gratias agunt pro diuinorum munerum magnitudine:cuius nomine ſancto lauachro expiati,iuſti effecti ſunt, concepta ſpe,fore vt cæleſtia ęternaque bona conſequantur.Carbo enim quem propheta vidit immundis ſuis labris adhęrẽtem,ad iniquitatum peccatorúmque expiationem ſignificationem

C habebat Dominicæ carnis,quæ conſcientiam eorum qui ipſam edunt,ab omni ſcelere expiat.Viſione autem ea quæ Ezechieli prophetæ apparuit, ea quæ Nabuchodonoſori regi Babylonis euentura erant , ſignificabantur , quæ eadem Iſraëlitas qui in captiuitate Babylonica erant , conſolabãtur. Vidit porrò propheta animalia quæ triplici facie prædita erant,ſpeciémque hominis, leonis,vituli & aquilæ prę ſe ferebant.Daniel etiã propheta de Nabuchodonoſore ſcribit,eius vngues inſtar aquilę creuiſſe,crinéſque eius vt leonis, herbámque comediſſe more vituli,eíque cor hominis datum eſſe. Hac autem viſione conſolationem quandam Iſraëlitis af-

D fert,qui magnam Babyloniorum potentiam conſyderarent,nec ſperarent ſe iam illa captiuitate libertatem poſſe adipiſci.Vt ergo Deus illos ab hac tali deſperatione liberet,excitétque ad conſyderandam potentiam ſuam, prophetæ cicuris & feri animantis coniunctionem , gruíſque & volatilis copulationem oſtendit.Cicur enim animal eſt homo,ferum leo,graue vitulus,volatile & leue aquila . Illis ergo regni ex fero in manſuetum tranſlationem ſignificat:his autem grauitatis ſeruitutis in libertatem mutatiõnem. Iugũ enim fert vitulus, aquila iugi expers eſt.Oſtẽdit etiam prophetæ rotam in rota,eis enuncians Iudæorum in captiuitatem abductionem, & reductionem ad ſua.

Quæſtio 45.

E Cur in Ezechiele abuſus eſt hominis verbo diuinus terminus, quod in aliis prophetis minimè fecit? Et num decorã reſurrectionem in ſiccis aridíſque oſſibus idem propheta vidit ? & num verè oſſa reuixerunt homines perfecti facti,ſicuti eiuſdem prophetæ liber docet?

Explicatio.

Quoniam ab Ezechiele propheta per viſum antè ſcribenda erat mortuorum reſurrectio,quæ futura eſt re ipſa vi filij hominis ex illo quod ſcriptũ eſt,Venit hora,& nunc eſt,cùm omnes qui in monumentis ſunt, vocem filij hominis audient, & qui audiẽt viuẽt:propterea filij hominis appellatur nomine.Quẽadmodũ Ieſus Nauæ filius cùm pro iure ſuo ſoli & lunę imperaturus eſſet , Ieſus nominatus eſt , dum hoc nomen à creata natura præ cpti obedientia honoratur : ſic Ezechiel filij hominis nomen accipit,& in viſione mortuos vi nominis mortuos excitat.Erant autem in Ezechiele omnia viſio,& oſſa,& eorum reſurrectio. Deus verò prophetæ viſionem hãc commonſtrat,primùm quidem per eam indicans,mundi à mortuis per Chriſtum reſurrectionem futuram:deinde ad Iſraëlitarũ conſolationem,qui quòd ſeruitute oppreſſi fuiſſent,ſe à Babyloniorum regno liberatum iri diffiderent. Vt enim mortua corpora quæ in ſepulchris ſita ſunt , ſpem reſurrectionis non habent: ſic ſe in Babylone eſſe cogitabant ſine ſpe vlla reuerſionis.Quod propheta declarat his verbis,Dixítque mihi Dominus, Fili hominis,oſſa hæc omnis eſt domus Iſraël.Ipſi aiunt,exaruerunt oſſa noſtra,ſpes noſtra periit,& quæ ſequuntur. A B

Quæſtio 46.

Si bona ſunt quę ſunt in mũdo omnia,cur & ij qui ab eis abſtinent,eáque fugiunt , in ſcripturis laudantur, & qui ea ſequuntur , reprehenduntur? C
Si autem mala ſunt , cur mala vitæ noſtræ addita ſunt , præſertim cùm probus ſit effector?

Explicatio.

Non omnino laudabilis eſt eorum quæ bona ſunt in mundo abſtinentia & fuga,nec omnino vituperanda eſt eorum adeptio, ſed vtrumque ſi recta cum ratione & cum decoro fiat,& fuga eorum & adeptio, eſt laudabile.Si contrà fiant,ambo vituperanda ſunt.Nullum autem malum eſſentia adiunctum eſſe vitæ noſtræ diuina ſcripta declarant , quæ operum rerúmque quę effectę ſunt originem laudat his verbis, Vidítq; Deus omnia quæ fecerat,& erant valde bona.Dũ autẽ ſponte volũtatéque noſtra corrũpimus,mala exiſtunt.Neque in eo quod ſalubre eſt,aliquid ineſt mali,ſi ea quæ in eo bona ſunt,immutata maneant.Ita fit, vt nihil malum ſit præter boni corruptionem & deprauationem.Nihil ergo mali vitæ noſtræ adiũctum eſt.Mala enim vſu eo qui à ratione auerſus eſt,mala ſunt,nõ natura.Voluntatis autem eſt & iudicij vti bene aut malé. D

Quæſtio 47.

Si in elementis nullus ineſt ſenſus,cur Moſes cælum & terram teſtem populo producit,Eſaias autem eũdem populum accuſans, eadẽ audire iubet?

Explicatio.

Ea quæ cęlo terræque dicuntur,eis qui in illis rationis ſunt participes, dicuntur,quemadmodum ſermo qui ad ciuitatem vrbémque habetur,ad ciues habetur,vt ille,Hieruſalem Hieruſalem quę interficis prophetas,lapidibúſque obruis eos qui ad te miſſi ſunt.Neque enim occidit,& lapidibus obruit,ſed ciues,& oppidani. E

Quæſtio

A *Quæſtio* 48.

Cur Mariæ poſt reſurrectionem Dominus dixit,Noli me tangere:nōdum enim aſcendi ad Patrem meum? Si enim ante aſcenſum nemini fas fuit eū contingere,cur paulò pòſt diſcipulis atq; Thomæ hoc vt facerēt permiſit? Si fas erat & licebat,cur quod paulò pòſt multis conceſſit,paulò antè Mariç vetuit?

Explicatio.

Illud,Noli me tangere,Mariæ à conſeruatore dictum eſt hoc ſenſu , Noli me ſequi ita,vt mecum ſemper uerſere ea ratione qua antè quàm in crucem agerer. Volebat enim ſenſim ac pedetentim diſcipulos à conſuetudi-
B ne aſpectus præſentiæque corporis ſui abducere. Itaque nec ſemper viſus eſt diſcipulis iis diebus , quibus cum eis in terra poſt reſurrectionem verſatus eſt,nec omnino inaſpectabilem ſe eis præbuit , ſed vtrumque interuallo ſpacióque adhibito faciebat,vt & videretur ipſis,& non videretur.

Quæſtio 49.

Quomodo doceri poteſt,duas tantùm beſtias & pecora, marem ac feminam in mundi ortu prolata eſſe in lucem, quādoquidem nōnulli religionis noſtræ in ea ſunt ſententia,vt hoc confirmēt,Deum nō ex eorum quæ expertia ſunt rationis pellibus tunicas primis hominibus dediſſe.

Explicatio.

C Si in omni genere ſunt generis principia , & generis principia Dei opera ſunt,quç autem ſubiecta ſunt generis principiis opera ſunt naturç ſemine atque ortu extantia:perſpicuum eſt,Deum vniuſcuiuſq; generis nō feciſſe niſi par vnum maris ac feminæ. Tunicas autem pelliceas fecit Deus non more hominū,ſed opificis arte. Neq; enim cæſis beſtiis,cōtextíſque & cōſutis earum villis ac pellibus tunicas fecit,ſed vt opifex fecit ipſas tunicas pelliceas.Sed fortaſſe dicet aliquis,Si Deus veſtes pelliceas effecit ſecūdum dies ſeptem opificij, cur ait ſcriptura, Deum ſeptimo die perfectis omnibus operibus ſuis quæ facere cœpiſſet,cōquieuiſſe? Finem fecit operum, id
D eſt eorum quæ non erāt.Pelles autem & villos quos nunc facit,non nunc primùm facit,ſed in effectione animalium eorum etiam villi & pelles anteà fiebant. Eodémque modo illud,Finxit etiā tum Dominus Deus ex terra pecora & beſtias terræ,eáſque ad Adamum adduxit,& quæ ſequuntur.

Quæſtio 50.

Quia & anteà pueri,& nunc nos laudantes, hoſanna & alleluia verbis vtimur,quæ eſt eorum interpretatio?

Explicatio.

Interpretatio quidem huius verbi,alleluia,eſt, laudate cum cantu id quod eſt:illius autem hoſanna,laudatio excelſa.

E *Quæſtio* 51.

Si Deus immutabilis eſt, quî fit,vt & conuiciis maledictíſq; appetitus, & laudibus affectus , ſæpe præmia pro vtrorumque factorum dignitate reddidit?

Explicatio.

Manens Deus in ſuo ſenſu iuſtitiáque immutabilis, vnicuique pro dignitate tribuit,non tamen mutatione hoc facit , cùm inuênit , ſed cùm ſta-

tu habitúque ſuo ſemper retento,in his manet immutabilis : manénſque A
in æquabili ſtatu & habitu, ſe gerit in eos qui maledictis ipſum afficiunt
& in eos qui ſenſu carent,aut iniuſti ſunt,quæ ſunt abſurda & aliena.

Quæſtio 52.

Si pio ſtudio ductus Saül diuinatrices ſuſtulit,cur vnà impulſus eſt,vt à diuinatrice prædictionem quæreret?& num verè illa Samuelem ab inferis reuocauit & excitauit, quandoquidem hoc ſcriptura tradit? perſpicuum eſt etiam eam verum pronunciauiſſe,rem autem eſſe nefariam.

Explicatio.

Qui diuino ſtudio ductus aliquid facit,is cum Deo non pugnat.Sed Saül B
cùm ad Dauidem regnum ſuum à Deo tranſlatum ſuſpicaretur , eum de medio tollere funditus conabatur,vt ne ipſi re &veritate diuina ſentētia eueniret.Suſtulit autem diuinatrices, quòd hoc facto Deum placaturū ſe eſſe ita ſperaret, vt ſententiam ſuam quæ eum regno priuaret, abrogaret:non quòd diuinatricum ſcelus odiſſet,ſed quòd regnum amaret. Quoniamq; eius conſiliū Deus minimè probauit, factū eſt,vt Dei permiſſu earū opera eguerit,quas non prudenti cōſilio & ſine ſuſtuliſſet.Cætera verò quæ à diuinatrice acta ſunt,dęmonis opera facta ſunt omnia,qui perfecit,vt oculi eorū qui cernebant,Samuelē qui nō erat,videre videretur:ſed veritas ver- C
borū à Deo extitit,cuius cōceſſu dęmon Samuelis habitu & figura diuinatrici videretur,doceretq; rei futuræ interpretationem.Et quoniā Samuelē non audiuit Saül,qui ei regni detractionē prædixerat,ſed poſt ſententiam quę eum regno priuabat, etiam tum earum conſilio & opera regnum vēdicabat:indignum eum Deus iudicauit,cui ex iis quæ eum manebāt, res futuras indicaret.Id quod etiam facit in Achab Iſraëlis rege, qui non habita fide veris prophetis, falſis prophetis credidit:ob eámque cauſam ſpiritum falſum ei miſit,quemadmodum in libro regnorum ſcriptum eſt, cui cùm crediđiſſet, ab eóque in errorē impulſus fuiſſet,in ſolitudinē exiit,& viuus non rediit.

Quæſtio 53. D

Si mas & femina procreationis liberorum cauſa creati ſunt , in reſurrectione homines excitantur cum partium atque membrorum quę ad procreationem liberorum data ſunt , diſſimilitudine & differentia. Quod ſi ita eſt, qui fit , vt non ſit, ſuperuacaneum , membra induci quæ nihil agant?

Explicatio.

Etſi ad procreationem liberorum vtilia non ſunt membra ea,quæ gignēdi vim habent,poſt reſurrectionem, tamen homines impellunt, vt recordentur,his membris ſumpſiſſe &originē & acceſſionem,& diſtributionē. E
Inducunt enim nos ad ſenſum tantę Chriſti ſapientię , hæc * mortis creſcente cuſtodia * generis noſtri in immortalitate eorū qui procreātur,conſequentia.

Quæſtio 54.

Si violationem legis propter hoc ſupplicium quod populo inducendum erat,

A erat Moſes prædixit,cur ea cum cantu dixit,cùm cantiones mollitiē magis,quàm vtilitatem hominibus ſolitæ ſint afferre?

Explicatio.

Ad narrationes quæ in cantionibus feruntur, congruēter numeri cantuū fiebant,impellentes animos in voluntatem iis quæ canuntur conuenientem,aut enim acerbè & flebiliter. *

*

contrariorum boni huiuſmodi facta eſt inuentio.

Explicatio.

Multa quidem inuenta ſunt etiam à piis,quæ ad curādos morbos corpo-

B ris pertinebant,& à Salomone quidem,ſed nemo eorum qui abhorrent à religione,cognitionem ſcientiámque medicinæ tenuit.

*

Quæſtio 56.

Si pueri qui moriuntur laudem aut reprehenſionem ex factis nō habent, quæ differētia eſt in reſurrectione eorū qui baptizati ſunt ab aliis,& nihil egerunt,& eorū qui baptizati non ſunt,nec quicquā egerunt eodē modo?

Explicatio.

C Eorum qui baptizati ſunt, & eorum qui non ſunt hæc diſſimilitudo eſt, quòd ij qui baptizati ſunt,bona ea quæ baptiſmus affert,cōſequuntur: qui autem minùs baptizati ſunt,non conſequuntur.Digni autem habentur iis bonis quæ baptiſmus affert,eorum fide qui illos baptiſmo offerunt.

Quæſtio 57.

Si duorum nobis cælorum Moſes originē expoſuit, quomodo plures eſſe ſcriptura docet,interdū his verbis, Cæli cælorū,interdum,his, Aperti ſunt ei cæli,& Video cælos apertos,& Raptus eſt vſque ad tertium cælum:nec dixit, vſque ad tertiam cæli partem,ſed abſolutè,vſque ad tertium cælum? Multa etiā his ſimilia in ſcriptura inuenies.Quî fit igitur, vt non pugnātia ſecum dicant,& tamen vtrinque verum pronuncient?

D *Explicatio.*

Moſes quidem cælos ipſos dixit,numero autem neque vnum, neq; duos, neque plures tradidit.Scriptura autem diuina ſolita eſt interualla parti interiecta,cælos nominare,vt aues cæli, & aquila ex cælo,& ſtellę cæli. Ex conſequentia igitur nominum quæ impoſita ſunt,intelligimus,cælos eſſe duos per ſe & eſſentia, per interualla autem plures . Sic autem intellectis cælis,nulla in verbis repugnantia,& diſcrepantia relinquetur.

Quæſtio 58.

Si impium eſt & nefas Chriſto ignorationem tribuere, perſpicuum eſt eum abſolutam numeriſque omnibus perfectam rerum omnium habe-

E re pręnotionem . Quî fit igitur , vt minimè fuerit author & Iudæ proditionis , & Petri cum iureiurando coniunctæ negationis, qui hæc pręnouit , nec prohibuit ? Eadémque eſt ratio & diaboli & primi hominis à Deo caſus ac ruinæ.

Explicatio. A

Si oportebat Chriſtum ab vno ex diſcipulis ſuis prodi, vt ſcriptura impleretur, profectò cauſa fuit Chriſtus expletionis ſcripturæ, non Iudæ proditionis. Huius enim Iudas cauſa fuit, quam futurã cùm pręnouiſſet Chriſtus, per ſcripturã prædixit: nec cauſa eſt eius quod futurum eſt pręnotio, ſed quod futurum eſt, cauſa eſt pręnotionis. Neque enim pręnotionẽ ſequitur quod futurum eſt, ſed quod futurũ eſt pręnotio. Ita fit, vt nõ Chriſtus proditionis cauſa ſit, ſed proditio cauſa eſt Domini pręnotionis. Eadémque eſt ratio & diaboli & hominis qui primus fictus eſt.

Quæſtio 59. B

Si noctu ſol deliteſcit, quî fit, vt cælum ſphęra eſſe demõſtretur? Diuinus enim vir à philoſophis acceptũ dixit * nõ corpore. Hic igitur qui ſupra terram ſitus eſt. Atque ille quidem propter leuitatẽ in ſublime fertur, hæc autem põdere ſuo deorſum mouetur. Itaque quòd in cõtraria loca rapiũtur, inter ſe cohærent. Si hoc verum eſt totius cæli orbis in * ineſſe lumina, & lucere ſemper: cur ergo deliteſcunt?

Explicatio.

Si citra controuerſiam multa ſunt alia quæ in eodem paríque plano loco inſint, & interualli ſpaciíque longitudine ab aſpectu occulantur, veluti naues quæ in mari aliæ ab aliis nõ vidẽtur, quòd latitudo aquarum extremitate impediat quò minùs aſpectus longiùs intẽdatur quàm id quod eũ determinat: quid mirum ſi in luminibus & aſtris eadem de cauſa exiſtit occultatio? Cælum autem & terram inſiſtere propterea quòd vtrumque in contrarium rapiatur, id in primo cælo atque terra coniici licet, quòd ipſa ſimul orta ſint. In firmamento autẽ & terra hoc intelligi nõ poteſt. Inſiſtebat enim terra ante firmamentũ ferens omnem humidam naturã ſine firmamẽti in contrarium motione, poſterior enim quàm terræ firmamẽti eſt origo. C

Quæſtio 60.

Si formarum atque figurarum differentia & diſſimilitudo hîc nobis vtilis eſt propter corporis neceſſitates, officia, & contractus, cùm in reſurrectione corpus nihil requirens excitetur, ſi eadem figurarum diſſimilitudine excitamur, quid eſt quamobrem non ea ſit vtilis? Sin eadem figura excitamur, quo id argumento docetur? Quid autem cauſæ eſt, quin Lazari & diuitis parabola figurarum doceat diſſimilitudinem? Ex ea enim hoc planè perſpicuum eſt. Quòd ſi qui reſpondeant, illi datam eſſe notionem ac ſcientiam quandam, qua Lazarum & Abrahamum agnouerit, quónam modo hoc pręſtabunt etiam in Domino, cùm corpora ſanctorum virorũ qui dormierant, excitata ſunt, multíque ea viderunt, tum planè ſua quiſq; figura notis facilè eſt agnitus. D

Explicatio. E

Multæ cauſæ ſunt, quibus de cauſis eos qui excitantur, figura ſua excitari neceſſe ſit. Primùm quidem vt magna diuináq; Dei cognitio & ſciẽtia declaretur, quòd in tam innumerabili eorũ qui excitabũtur multitudine ſuam cuique figurã poſſit reddere. Deinde ne nouos homines procreare,

A re,non mortuos excitare exiſtimetur, idcirco vnuſquiſque eorum qui excitabuntur,ſuam figuram habebit. Ignoratis enim & eius qui iniuriam fecit,& eius qui accepit,figuris,iudicij ius & æquitas interiit.Prætereà ſi reprehenſis diſcuſsíſque neceſſariis cauſis, ob quas neceſſaria fuit figurarum diſſimilitudo & differentia,ſuperuacanea & inutilis hęc inuenietur,ſuperuacanea etiam & inutilis eſt nominum diſſimilitudo.Quomodo igitur diues ille Abrahamum atque Lazarum nomine appellat, cùm ex nominis differentia perſonæ non agnoſcantur? Narratio autem quæ de Lazaro ac diuite inducitur,nec parabola eſt, nec hiſtoria: ſiquidem parabola oratio B eſt ſimilitudinem continens rei geſtæ ad eam quæ futura eſt: hiſtoria autem eſt oratio rei iam geſtæ expoſitionem continens. Neque enim ante reſurrectionem vnicuique ex iis quæ in vita geſſit,præmium redditur,neque poſt reſurrectionem illud verum eſt,Moſem & prophetas habent:eos audiant. Sed narratio quæ de Lazaro ac diuite inducitur, informatio eſt ſermonis qui doceat fieri nō poſſe vt homines poſt diſceſſum animi à corpore cura aliqua aut ſtudio ab vllo iuuentur.

Quæſtio 61.

Si Deus ſolus immortalis eſt Apoſtoli ſententia,quomodo verum hoc eſt ex eodem,Omnes quidem non dormiemus?

C *Explicatio.*

Deus ſolus immortalitatem habere dicitur,quòd non alterius volūtate eā habet, quemadmodum alij omnes qui immortales ſunt,ſed eſſentia ſua.

Quæſtio 62.

Si tertio die luminū aſtrorúmque origo extitit,& ex diebus numerus cōſtat,qui fit,vt dies tres qui luminum ortum anteceſſerunt,ambiguum dierum numerum qui aſtrorum ortum ſequuti ſunt,non oſtendat?

Explicatio.

Lucis originē lucis ac tenebrarū ſequuta eſt ſeparatio:lucíſque & tenebra-D rum ſeparatione,dies & nox conſtiterunt.Antè autem quàm aſtra fierent, lucis principatus Dei determinatione diem efficiebat,tenebrarúmque occupatio tenebras,ſiue noctem.Aſtris verò cùm prolata ſunt in lucem,præceptum eſt,vt principatum obtinerent,ſol quidem luce ac die,luna in tenebris atque noctu.Opifex enim lucem cum definito certóque eius imperio ac dominatu maiori aſtro attribuit,atque dies eiuſmodi quos nūc cum aſtro lux efficit,tales etiam antè condita aſtra faciebat,terminúmque Dei qui principatum eius decem horis definiuit, terminus ille ſolem compellit in motum decem horarum qui ab initio moderatus fuit.

Quæſtio 63.

Quia diſſimiliter & obſcurè quidā hunc locum explanauerunt,In ſole ta-E bernaculum ſuum collocauit,doce eius explicationem.

Explicatio.

Diximus ſuprà,ſolitam eſſe diuinam ſcripturam vocare cælos,aut eos qui per ſe & eſſentia cæli ſunt,veluti primū cælum & firmamentum,aut aëris ſpacia, vt dicat cælos ſolis tabernaculum poſuit. Ex Hebræo enim in

ſermonem Syrorum, verborum illorũ hæc eſt tranſlatio, In eis poſuit ſolis tabernaculum. Hoc autem ipſum alio pſalmo propheta Dauid declarat his verbis, Qui extendit cælum vt pellem. Pellium enim intentio tabernaculum efficit: varietate igitur eſſentiarum, neceſſitatúmque differentia cælos ortos eſſe demonſtrat. Natura enim quæ orta non eſt, ad eã quę etiã ortũ nõ habuit, natura differentiam nõ habet. Illud autẽ, & neceſſitatis cauſa tale aut tale, alienum eſt eius naturæ quæ expers eſt originis. A

Quæſtio 64.

Si vt Ionas in ventre balęnæ tres dies fuit, ſic Chriſtus in corde terræ, quî fit, vt mors Domini non extitiſſe videatur? Ionas enim cùm mortuus non eſſet, mortuus iudicatus eſt. Si autem verè Dominus mortuus eſt, quî fit vt Ionæ falſum non ſit exemplum? B

Explicatio.

Non mortem morti comparauit, ſed manſionẽ trium dierum conſeruatoris Ionæ in balena trium dierũ manſioni, præſertim cùm ſi ſimilia eſſent ea quæ in Iona intelliguntur, iis quæ conſeruatorem attingunt, non iam illa horum figura aut ſimulachrum eſſe poſſent. Veritas igitur maius quiddam quàm figura habere debet, vt illud declarat, Plus eſt hîc quàm Ionas. Exemplum autem quod à Iona ſumptum ad cõſeruatorem accommodatum eſt non falſum eſſe hinc iutelligitur, quòd quẽadmodum Ionas ſignũ fidei habuit, eum miſſum eſſe à Deo Niniuitarum conuerſionis pręconem, tertio die ex balęna reuocationem, ſic conſeruator fidei huius, quòd à Deo miſſus eſſet regni cælorum pręco, ſignum habuit, tertij diei ex ſepulchro reſurrectionem. C

Quæſtio 65.

Quoniam nonnulli Dominum feria quarta proditum eſſe volunt, huius rei coniecturam ex magnitudine eorũ quæ tum geſta ſunt, capientes: quî doceri poteſt quo die proditus ſit?

Explicatio.

Ratione hac docetur, Chriſtus non quarta feria, ſed quinta eſſe proditus. Qua nocte proditus eſt, ea à pontificibus & maioribus natu iudicatus & condemnatus eſt. Prima autem luce eius diei qui hanc noctem inſequutus eſt, eum Pilato tradiderunt. Quo verò die eum Pilatus accepit, eo etiã illum in crucem ſuſtulit. Acceptum autem prima luce paraſceuæ, ſexta eiuſdem diei hora cruci ſuffixit. Non igitur horis quæ verè conſtitutæ definitæq; ſunt addi debet ex coniectura id quod minimè concluditur. Scribit enim Matthæus euangeliſta his verbis, Mane autem, conſilium inierunt omnes pontifices maioréſque natu populi in Ieſum, vt eum morte mulctarent, vinctúmque eum abduxerunt, & Pontio Pilato prętori tradiderũt. Similiq; modo Ioãnes euangeliſta ſcribit, Ducũt Ieſum à Caipha in prætorium, erat autẽ mane. Et rurſus, Pilatus ergo cùm verba hæc audiſſet, duxit foras Ieſum, ſedítque pro tribunali in loco qui lithoſtrôtos dicitur, Hebraicè autem Gabbatha. Erat autem paraſceue paſchæ, hora ferè ſexta. Si ergo noctu proditus eſt, iudicatúſque & condemnatus à pontificibus: mane verò traditus eſt Pilato, ſextáque paraſceues hora in crucem actus eſt, D E

A eſt,profectò eius proditio quinto hebdomadæ die extitit. Quia ſemper Dominus filium ſe hominis virili genere, non hominis feminino appellat,ob eámque cauſam conantur abhorrentes à religione noſtra homines docere Dominicum partum coniugij opere extitiſſe:aiunt enim illud nomen hominis virili genere non feminæ eſſe,ſed maris: quibus tandem rationibus huiuſmodi conuicium fruſtra iactum eſſe docebimus;

Explicatio.

Si coniugum copulatione dominicus partus extitiſſet,nunquàm ſcriptura illud dixiſſet, Vt putabatur Ioſeph filius. Illud enim vt putabatur, in iis
B qui coniugum copulatione pariuntur,dici non poteſt. Vno autem verbo quod obſcurum ſit & minùs perfectũ, verba omnia illa quæ planè Chriſtum ex Spiritu ſancto & Maria virgine generatum eſſe declarant, euertere ac refellere,abſurdiſſimum eſt. Ad refellendam verò inanem eorum argumentationem his rationibus vſi ſumus. Si quia Chriſtus filium hominis feminino genere ſe eſſe non dicit,ob id non eſt hominis feminino genere filius: profectò etiam quia alicuius hominis ſe filium eſſe non dicit, alicuius hominis filius non eſt. Si non alicuius hominis Chriſtus eſt filius, non ſit hominis filius neceſſe eſt. Præterea ſi quemadmodum Ioſeph.
C Eli filius lege ſine nuptiali copulatione factus eſt, quòd Deus hoc modo Ioſeph Eli filium dare voluerit: quid abſurdum eſt, ita dari Ioſeph etiam ſine maris & feminæ concubitu? Huius enim rei cauſa hoc prouidit diuina gratia, vt virgo viro qui duos patres habuiſſet, nuberet,vnum natura ex nuptiali concubitu,alterum ex lege, ſine maris & feminæ concubitu, antè delinians & depingens in illa generatione Chriſti ortum qui ex Spiritu ſancto generatus eſt Deo filius, ex muliere autem Ioſeph, Ioſeph filius generatus eſt. Spiritus, inquit, ſanctus, in te intrabit, & vis altiſſimi tibi obumbrabit. Itaque id quod ſanctum ex te naſcetur, vocabitur Dei filius. Quòd ſi id quod generatur ab Eli mu-
D liere, ex Dei lege Eli eſt filius, multò magis id quod à muliere Ioſeph generatur, diuina voluntate Ioſeph eſt filius ſine nuptiali coniunctione.

Quæſtio 67.

Quoniam Eſaias de Domino vaticinans, ait, Generationem eius quis narrabit? verbum hoc de eóne quod difficile eſt narratu, an de eo quod narrari non poteſt: & vtrùm de diuinitate, an de carne accipiendum eſt?

Explicatio.

Chriſti quidem ex carne ortus exponitur,eiúſque modus hiſtorica narra-
E tione enunciatur.Ex Spiritu enim ſancto & Maria virgine natus eſt.Eius autem ortus ex diuinitate, exponi non poteſt, itaque non poteſt narrari. Exprimit ergo propheticum verbum difficultatem,aut, vt ita dicã,impoſſibilitatem narrandæ generationis.

Quæſtio 68.

Si animus non eſt ſanguis hominis, quòd exhauſto effuſóque illo animal

interit,quibus rationibus aut exemplis animus in corpore eſſe docetur,aut A
aliud quod creata natura videre non poteſt?

Explicatio.

Quoniam creatæ naturæ opificis verba habemus,quæ animum à corpore
diſtinguunt:exempla ſiue demonſtrationes quæ digniores ſint quibus aſ-
ſentiamur ad confirmandam eius quo de agitur, veritatẽ, quæri non de-
bent.Quòd enim dedit diabolo feriendi totius Iob corporis poteſtatem
pro libidine,eíque vetuit,ne eius animum contingeret: animum corporis
expertẽ & aliquid aliud præter carnẽ eius quę ſauciata fuit eſſe declarat.Il-
lud etiam ſimili modo,Nolite metuere eos qui corpus interficiũt, animũ B
autem interficere nequeunt, hoc declarat, aliquid eſſe interfecto homine,
quod in immortalitate permaneat etiam mortuo corpore.Itaque abſurdũ
eſt ſanguinem qui profuſus eſt & interiit,animum eſſe dicere.Perſpicuum
eſt igitur,animum ab hominibus videri non poſſe ſuapte natura.

Quæſtio 69.

Cur in ſeptenarium numerũ cadit mutatio? Nam & in ſabbato plerumq;
aër mutatur,& hominis ætate progreſſio in hoc numero acceſſionẽ acci-
pit,cùm dẽtes & ſeptimo menſe naſcãtur,& ſeptimo anno mutẽtur,&du-
plicatis eiſdem rurſus,puberes vim ſeminis nãciſcantur:atque vt ſumma-
tim dicam,ſeptem numerus & acceſſionem deceſſionémque hominũ ef- C
ficit , & morborum diiudicationem,& lege cæterorum numerorum ob-
ſeruationem religionémque continet.

Explicatio.

Naturæ vi operũ naturæ abſolutio euenit,nõ temporis pręſentia quæ mẽ-
ſe annóve ſeptimo determinata ſit.Itaque naturæ opera quę in quæſtione
commemorata ſunt, ſæpe celeriùs aut ſeriùs quàm ſeptem numerus exi-
ſtat,natura perfectionem ſuam nanciſcuntur : quæ quidem nunquàm e-
uenirent,ſi natura ſeptenarium numerum, non ſeptenarius numerus na-
turam ſequeretur. Non igitur ſeptem numerus cauſa eſt operum naturæ
abſolutionis,ſed naturæ vis hebdomadis cauſa eſt, à qua naturæ accom-
modata opera abſolutionem non accipiunt Eadem eſt etiam aliorum nu- D
merorum,mẽſium & annorum ratio,quibus naturę opus abſoluitur.in a-
aliis animantibus & ſtirpibus natura eſt cauſa paris temporis , longioris,
atque breuioris . Maioris autem eſt obſeruantię atque religionis ſeptem
numerus in diuinis ſcriptis , quàm cęteri , quòd in eo tempus omne &
molitionis mundi,& eius qui eum effecit, requietis continetur,ita tamẽ,
vt ſenarius quidem molitionis, monas autẽ requietis numerus habeatur.
Vt igitur homines mundi molitionem memoria colant ſempiterna , ſe-
ptenarium numerum vnum ex omnibus in diuina ſcriptura Deus maxi-
mę venerationis cenſendum eſſe decreuit. E

Quæſtio 70.

Si hominibus gaudium lętitiáque ex Dei muneribus, vt arrogãtię gloria-
tioníſque efficiens vetatur , animi autem abiectio & modeſtia iis qui
hæc adepti ſunt,à diuinis ſcriptis tradita ſunt?quî fit,vt munera eos non
adiuuent

A adiuuent, quę pręſentis boni illis accommodati ſenſum afferre nō poſſunt?

Explicatio.

Gaudere Dei muneribus cum gloriatione Deus vetat, vt quod honeſtā expellat voluptatem. Gaudere autem mūeribus cum animi moderatione non ſolùm non vetat, ſed contrà ad hoc etiam gaudium hortatur interdum his verbis cōſeruator, Gaudete, quòd nomina veſtra in cælis ſcripta ſunt: interdum Apoſtolus, vt hoc loco, Fratres gaudete in Domino ſemper, iterum dico gaudete, modeſtia veſtra nota ſit hominibus omnibus, iteratione verbi, Gaudete, gaudij declarans intentionem. Non igitur gau-
B dium tollit animi moderationem, nec animi moderatio ſenſum gaudij, ſed vtrumque ab vtroque cuſtoditur.

Quæſtio 71.

Quia nonnulli coniectura quadam ducti de mundi molitione & ſtabilitate dixerunt, mundum ſex tantùm milibus annorum eſſe manſurum, ſi id verum eſt, firmis clariſque rationibus doceatur. Si verò diuina ſcriptura, etiam ſi obſcurum ſit, intelligamus.

Explicatio.

Licet ex pleriſque ſcripturæ verbis intelligi, verum pronunciare eos qui ſex annorū milia eſſe tempus nūc ab orbe condito tradūt. Aliàs enim di-
C cit, In extremis his temporibus per filium nobiſcum loquutus eſt, aliàs, In quos fines ſeculorum inciderunt, interdum, Cùm venit expletio temporis. Hæc autem omnia in ſexies milleſimo anno dicta ſunt.

Quæſtio 72.

Si tum vnuſquiſque minimè inuidus eſſe docetur, cùm id quod ſcit, ſi bonum facere poſſit, cum proximis communicat: quid eſt quamobrem non inuidus ſit Deus, qui cùm omnes facere deos poſsit, non tamen facit, præſertim cùm Deum eſſe ſit in bonis? Si inuidus non eſt, ſed quòd non poſsit, hoc non perfecit, duorum • neceſſe eſt, • iis qui confe-
D runt in proximos beneficia & bona quæ & facere poſſunt, & ſciūt. Quod enim Deo proximum eſt, Deo non eget præbitore. Prætereà ſi deos tantùm feciſſet Deus, mundum non feciſſet. Neceſſariò enim mundus partes requirit, quæ ſuperiore atque inferiore ſitu inter ſe differunt. Iam verò ſi nihil fit eorum quæ fieri non poſſunt, nec fieri poteſt vt fiat Deus, (Deus enim nec creari nec fieri poteſt) quî fieri poteſt, quin abſurdum ſit, Deum inuidum dicere, quòd ea minimè faciat, quæ fieri non poſſunt? Prætereà Deus in bonis eſt, quòd neque eſt creatus, & creator eſt. Nihil autem eorum quæ eſſentia creata ſunt, non creatum, id eſt, Deus fieri poteſt. Similis eſt autem hæc quæſtio illi rationi, Bonus eſt oculus, pedibúſque præ-
E ſtantior & honoratior. Atqui ſi inuidia caret Deus, cur pedes oculos non fecit? Concludit enim etiam hæc ratio eandem quæ à ratione auerſa eſt, abſurditatem, Deum aut inuidia, aut imbecillitate nō feciſſe pedes oculos.

Quæſtio 73.

Si tum bonum videtur bonum, cùm malo comparatur, & bonum eſt mundus, perſpicuum eſt malum eſſe id quod non eſt mundus, id eſt, id

quod mundo anteceſsit. Ac ſi vtrumq; à Deo eſt,id eſt, quod ante mundum fuit, & mundus,quid cauſæ afferri poteſt,quin vtrumque ſit ex eo, id eſt, bonum & malum? Si verò alterum ex eo eſt, alterum non ex eo, quid eſt quamobrem non ſit caſu,nec ei ſubiiciatur id cuius author non eſt? Quo autem pacto verè dicit, qui ait, Quòd ex eo ſunt omnia. In omnibus enim & quæ anteà nón erant,& quæ nunc ſunt,continentur. A

Explicatio.

Malum aliud eſt nihil,niſi boni priuatio. Itaque poſterius eſt bono malum: eſt enim eius priuatio. Atqui hoc perſpicuum eſt, bonum non mali comparatione bonum videri,ſed natura ſua. Quod autem non erat ante orbem conditum,penitus non erat, nec bonum erat,nec malum. Itaque cum eo quod non eſt,hoc modo nihil compatatur. Præterea quod omni ex parte non eſt,id neque ex Deo eſt, neque ex alio, neque fortè temerè & caſu. Nihil igitur ante orbem conditum erat,niſi Deus. Quòd ſi ea quæ ſunt cum ijs quæ ſunt comparantur, mundus cum eo quod mundus non eſt minimè comparatur. Nec verò in mundo id quod mundus non eſt, continetur. Quod enim non eſt mundus, nihil eſt,quod autem continetur, eſt aliquid. Nec cùm Deum ex nihilo feciſſe omnia dicimus,affirmationem eius quod eſt ei quod non eſt tribuimus, ſed perfectam abſolutámque eius quod eſt negationem. B C

Quæſtio 74.

Si quòd Gentium ſuperſtitio à Chriſtianorum religione victa eſt,ſpem nullā Gētes habent reuocationis, quomodo vera religio quæ anteà Gētiū ſuperſtitioni conceſſerat, nunc reuocationem accepit? Veritatē enim ante errorem obtinuiſſe, diuinę ſcripturæ teſtes ſunt, quæ Adamū multóſq; qui eum conſequuti ſunt, non ſimulachra ,ſed Deum coluiſſe declarant, etiamſi nonnulli eorum in abſurdis rebus facinoribúſq; manifeſtò deprehenſi ſint.

Explicatio.

Si huius ſtatus finis eſt iudicium per ignem,in iis qui à Dei religione abhorrent, quemadmodum & prophetarum & apoſtolorum ſcripta declarant,& præterea Sibyllæ,ſicuti beatus Clemens in epiſtola ad Corinthios ſcribit, iudicium autem hoc fit à Ieſu Chriſto qui à Iudæis in crucem actus eſt,qui regia poteſtate quæ æterna ſit,eíq;Danieli prophetę ſentētia data,Chriſtianis pręeſt,reuocationis ſpem nullā Gentes habēt,pręſertim cùm ſi eam potentiam,qua Gētium error Dei populū vicit, poſteà quàm diſſoluta & ſublata eſt,nunquam eam recipit, quid eſt quamobrem non fruſtra priſtinę potentię ſuę inſtaurationem reſtitutionémque expectet? Cur autem ſperant fore Gentes, vt priſtinam potentiam recipiant? planè vt tormentis cogant Chriſtianos à filij Dei & cultu & fide deficere: ſi verò attēdāt,dęmonum ſequi religionem? At tormenta hęc,quibus etiam anteà vſæ Gētes ſeipſas indiſſolubiles integráſq; cōſeruatū iri ſperabāt,Gētium quidem ſuperſtitionem ſuſtulerunt,Chriſtianorum autem firmiorem religionem reddiderunt. D E

Quæſtio

Quæſtio 75.

A Si corporum reſurrectionis animus præmia non recipit inquiſitione vſque ad reſurrectionem.

Explicatio.

Animi hîc nõ eundem ſtatum habent cum corpore, quem poſt animi à corpore diſceſſum. Hîc enim ea quæ coniunctionis eorum ſunt, & bonorum & malorũ inter ipſos ſunt communia, nec vlla eſt hac ex parte inter eos differẽtia: veluti naſci, & mori, valere & ægrotare, diuitiis abũdare & inopia laborare, cæteráq; eiuſdẽ generis. At poſt animi à corpore exceſſum ſtatim fit bonorum malorúmque diſtinctio. Ducũtur enim ad loca quæ eis B digna ſunt ab angelis, bonorum quidem animi in paradiſum, vbi conſuetudo eſt & aſpectus & angelorum & archãgelorum, viſione verò etiam cõſeruatoris Chriſti, ex verbis his, Peregrinantes à corpore, & præſentes apud Dominum. Improborum autem animi ad inferorum loca, ex illo quod de Nabuchodonoſore Babylonis rege dictum eſt, Inferi infrà cõturbati ſunt, cùm tibi obuiam prodierunt, & quæ ſequuntur: cuſtodiuntúrque in locis ipſis dignis vſque ad reſurrectionis & remunerationis diem.

Quæſtio 76.

Si ante reſurrectionem nulla ſunt operum præmia, quis fructus fuit latroni, C cùm in paradiſum eius animus introductus eſt, præſertim cùm paradiſus ſub ſenſum cadat, animi autem eſſentia nõ percipiatur ſenſibus?

Explicatio.

Hoc latro conſequutus eſt, cùm in paradiſum intrauit, quòd re ipſa fidei emolumentum fructúmque cognouit, qua dignus habitus eſt cœtu beatorum, in quo cuſtoditur ad reſurrectionis remunerationíſq; diem. Habétq; paradiſi ſenſum, intelligentiæ ſenſu qui dicitur, quo animi & ſe ipſi vident, & quæ ſunt ſub ipſis, & prætereà angelos atque dæmones. Nam nec intelligit, nec videt animus animum, nec angelus angelum, nec dæmon D dæmonem, ſed intelligentiæ ſenſu quem dixi & ſe ipſi vident, & alij alios vltro ac citro, & prætereà omnia quæ ad corpus pertinent.

Quæſtio 77.

Si ſenſuum corporis opera & adiumento, eorum quæ ſub ſenſum cadunt, ſenſum animus percipit, bona autem & mala ſenſu percipiũtur, quid afferri poteſt, quin animus cùm à corpore migrauit, ſenſu careat? Si nõ ſentit, perſpicuum eſt eum eſſe mortuum. Mortuorum enim viuorúmq; diſtinctionem priuatio ſenſus, & ſenſus diiudicat.

Explicatio.

Naturæ omnes & quæ creatæ ſunt & quæ rationis ſunt participes, duplicem percipiendi vim habent, ſentiendi, & intelligendi: & ἐποπτικὴν quidem E quæ dicitur, qua & ſe ipſæ, & ſe inter ſe percipiunt: intelligendi autem, qua notitiam accipiunt eius quod ſupra eas eſt. Non igitur corporis opera animi ſenſum percipiunt eorum quæ ſenſus mouent, ſed animus ipſe præſentia ſua ſenſum ſuppeditãs & afferens, animantẽ ſenſus participem facit, & quodã modo ad corpus particeps eſt ſenſus, quodam autẽ modo ad ſe ſen-

ſus eſt compos,nec vnquam animus moritur. Mors enim eſt eorum quæ animata ſunt, nõ animi. Opera igitur corporis eget id quod animatum eſt ad ea percipiẽda quæ ſub ſenſum cadũt,nõ animus. Aliud eſt enim id quod animatum eſt,aliud animus: & aliud id quod eſt participatione, aliud quod eſſentia. A

Quæſtio 78.

Si Deus Dauidem ſibi cordi eſſe dixit, quomodo poſtea idem propheta & adulterio ſe cõtaminauit,& cædẽ fecit? Quæ ſi Deus odit,cur ex adultera Deus genus prophetæ cõſtituit, dominúmque Chriſtum ex eadem genus voluit ducere? Quod cùm ita ſit, quomodo ſcriptura vera eſt,quę ait,minimè perfectos eſſe adulterorum liberos? B

Explicatio.

Dauid correctis erroribus ſuis pœnitẽtia, factum eſt,vt inuentus ſit eſſe cordi Deo,qui peccatoris mortem nõ vult,vt eũ redire ac viuere. Quémque in adulterio ex Vriæ vxore generauit, eũ Dominus morte mulctauit, quòd adulterorum ſint,vt ita dicam,imperfectiſſimi liberi.Eos autẽ quos ſecũdum hũc procreauit,nõ interfecit,quòd ipſe Vria interfecto illam vxorem accepit. Deus verò apud quem pœnitentia pro benignitate & æquitate ſua in honore eſt & precio, in iis qui ex Vriæ vxore procreati ſunt, Dauîdis genus cõſtituit,Chriſtúmq; ob eandẽ cauſam ex ea deduci voluit. C

Quæſtio 79.

Si omnium regum Iſraëlis, & Iudainæ tribus nemo Ioſia maius ardentiúſque ſtudium in religionem declarauit,& oſtẽdit,qui columnas ſimulachrorum comminuit,& cum ſimulachrorum aris Gentium,oſſa in cinerem redegit,lucóſque erroris penitus excîdit, & eos qui in excelſis odores incendebãt & immolabãt,abduxit,ne id facerẽt,diuinúmque cultum extulit,legíſque dies feſtos,vt teſtis eſt ſcriptura, cum ſplendore à populo agendos curauit:gladio quidem Gentium vitam per vim amiſit,eius autem liberi captiui Babylonem abducti ſunt,& Gentibus diu in ſeruitutem dati ſunt:quid eſt quamobrem nõ in his verè dicãt Gentes,quòd multa impiè in ipſorum Deos fecerit,hũc tam acerbum eum habuiſſe exitum? Vbi autem eum inueniemus eiuſmodi rectè factorum ac virtutũ præmia tuliſſe? & quem ad poſterum fructum & vtilitatem calamitates quę Ioſiam poſt eiuſmodi rectè factorum magnitudinem,oppreſſerunt,literarum diuinarũ monumentis proditæ ſunt? D

Explicatio.

Tempus præmij eorum qui in vera religione cum veritate vixerũt, nõ eſt hoc,ſed futurum,in quo præmia reddita ſemper cum eis manent, qui tulerũt.Ærumnoſum atque luctuoſum finem vitę habuit Ioſias,quòd Hieremiæ præceptum neglexerit,qui iuſſu Dei ei vetuerat,ne cum Ægypti rege bellum gereret,ſicuti apud Hieremiam ſcriptum eſt. Vt igitur eum liberum & expiatum peccatis ex vita Deus exciperet, idcirco eum gladio Gentium pœnas luere huius negligentiæ paſſus eſt,vt poſteris documento eſſet,non eſſe contemnendos prophetas, & ſi iuſtus vix ſalutem adipiſcitur, E

tur,

A tur,quid peccatore & impio futurum ſit? Ioſiæ porrò liberi ſi in patris religione perſeuerantes,captiui fuiſſent, Gẽtium illa oratio aliquid haberet probabilitatis,pro iis quę Ioſias impiè & ſceleratè in deorũ delubra ipſorũ feciſſet,eius captiuos factos eſſe liberos. Nunc verò cùm à patris religione defecerint,atq; ſimulachrorum cultum reuocauerint, & tum cùm ſimulachra colebant,capti ſint, falſa eſt prorſus Gentium oratio.

Quæſtio 80.

Si nos leni clementíque in omnes animo eſſe ſcriptura docet, quid afferri poteſt,quin Eliſſæus peccauerit,cùm eos qui ipſius liberos contume-
B liis affeciſſent,per conuicium morte mulctauit,maximéque in pueris infinitorum malorum iniurias recordatus ſit,eóſque pro leui in ſe contumelia beſtiis interficiendos abiecerit?

Explicatio

Cùm ex eorum qui contumeliis & iniuriis affecti ſunt lenitate & quaſi lentitudine emendatio non ſequitur, tum ſeueritas & duricia,lenitate iis maximè qui corrigi non poſſunt,vtilior eſt. Nõ igitur in propheta reprehendenda eſt ſeueritas. Cùm enim comperiſſet lenitatem iis qui peccaſſent peccati ſenſum non affetre,quoniámque verba ea, quæ pueri per contumeliam prophetæ proferebant,à parentibus ſuis qui ſemper in pro-
C phetas infeſto animo fuiſſent,didiciſſent, (Illud enim, Aſcende calue,irridendi Eliæ aſcenſus cauſa dicebant,quaſi hoc dicerent, Rapiat etiam te ventus,téque in montẽ in quem non pateat aditus, ptoiiciat,vt etiam illum detulit,vt te quoq; liberemur ſicuti eo liberati ſumus)idcirco cæde liberorum patentes caſtigauit,vt non prophetas, & per eos Deum vituperare ign ominiiſque afficere diſcant.

Quæſtio 81.

Si error omnis Chriſti aduentu depulſus & extinctus eſt,quî fit, vt diuinorum arte dæmones loquãtur? Quid autem cauſæ eſt, quin abiectam cõtemptionéque dignam reddãt Chriſtianorum religionem,cùm in Chri-
D ſtianorum corporibus & erroris opera oſtentent, & diuinationis edant oracula?

Explicatio.

Si ex illo Apoſtoli loco, Nõdum ei ſubiecta ſunt omnia,dum principatum omnem & poteſtatem ſuſtulerit, vt ſit perſpicuum nõdum deletum eſſe omnem dæmonum errorem : at in iis quidem certè qui Chriſtum probarunt,omnis error dæmonum deletus eſt: qui autem eius auctoritatem non ſequũtur,eíque nondum credunt,in iis errorem dæmones exercent. Nec verò imagines,oracula & opera, quibus diuini in iis dicendis & efficiendis quæ ſunt diuinationis propria,vtũtur,vera ſunt corpora,ſed
E faciunt arte ſua dęmones,vt oculi corpora quę non ſunt,videre videãtur.

Quæſtio 82.

Si nuſquam diuina ſcriptura dæmonum nomina hominibus tradidit, quomodo Iudæi in Domino Beelzebul vt notum ſibi nomẽ protulerũt, cùm illum eius nomine dæmones ex hominũ corporibus expellere iacta-

runt? Quomodo etiam Dominus ipſe diſcipulis vt cognoſcentibus & intelligentibus dæmonis nomen expreſsit, Si patremfamiliàs Beelzebul appellauerunt,& quæ ſequuntur?quę porrò eſt eius nominis interpretatio? A

Explicatio.

Vt dæmones eſſe homines à dæmonibus ipſis didicerunt, ſic etiam ab eis ipſorum didicerũt nomina. Primùm enim dæmonibus homines immolauerũt, deinde diuina ſcriptura hęc narrauit, Diis immolatũt,nõ Deo. Atque vt ſcriptura diuina dæmones eſſe nõ videtur dicere, & tamen hæc dicit, Immolauerunt diis,& non Deo: ſic etiam cùm nihil de eorum nominibus diſſeruerit,tamen dæmonum dicit nomina, vt Beelzebub, & Beliar. Quid Chriſto cum Beliar cõuenit? Quibus enim nominibus vſi ſunt diuini iis in rebus & operibus quę eis poſita ſunt, ea neceſſariò ab illis tradita accipiebãt. Nam ex cultus ratione, eos nominabãt. Origenes autem hæc nomina interpretatus eſt in Hebraicorũ nominũ interpretatione. B

Cùm Origenem nominet, ab alio Iuſtino ſcripta hæc videntur.

Quæſtio 83.

Si Deus beſtiarum hoſtiis nõ lætatur,quemadmodum & quidam voluerunt,& hic rerum ſtatus declarat, cur ante legem Noe Deus præcepit, vt immolaret,maximéque cùm nõdum ſacra idolis, id eſt,ſimulachris fierent. Si eis lætabatur, cur poſt legem horum vſus deſijt? C

Explicatio.

Eorum qui beſtias immolauerũt,nemo hoſtiam Deo ante legem latam Dei iuſſu immolauit: etiam ſi eam recepiſſe gratámque habuiſſe videatur, ea approbatione declarã, ſibi acceptum gratúmque eum eſſe,qui immolaſſet.Quæ autem Abrahamo præcepit,vt animalia trima acciperet,itémque hircum,quem pro Iſaaco immolãdum attulit, non præcepit, tãquam eius ſacrificiis delectaretur, ſed neceſsitatis cauſa,quæ res futuras prædiceret. Noe autem nuſquam Deum conſtat præcepiſſe, vt ſibi ſacrificium ex beſtiis faceret.

Quæſtio 84.

Si Eliſſæus duplicatum munus quod in Elia fuerat,petẽs, auditus eſt,cur nec ſimpla nec dupla miracula edidit, veluti cur non pluuiam cohibuit, & fame terram oppreſsit, ignem & hoſtias è cælo deuocauit,ſacerdotum ſceleſtorum cædes fecit, eorum qui quinquaginta pręerãt * & cætera, Vnde igitur Eliſſæus id quod petiuit, & quod ei Elias promiſit, accepiſſe docebitur? D

Explicatio.

Non petiuit Eliſſęus duplum ſpiritum vt eadem opera dupla faceret,ſed vt omnino efficere poſſet ea omnia quę neceſſaria erant, vt ab ipſo cum maiore poteſtatis copia fierent. Eum autem repulſam nõ tuliſſe, declarãt miracula quæ edidit, quorum partim dupla,partim ſimpla perfecit. Quòd enim mortuos duos excitauit, vnum cùm in vita maneret, alterum cùm iam migraſſet,id declarat duplam vim & copiam in ipſo fuiſſe in cæteris quoque miraculis,ſi voluiſſet,diuini Spiritus muneris quo erat prędìtus. Ac in Elia quidem neceſsitatis cauſa olei extitit acceſsio: in Eliſſęo autẽ etiam ſupra neceſsitatem. Et Elias quidem ignem è cęlo deuocauit, vt hoſtes E

vlciſce-

A vlciſceretur.Eliſſęus autē è cęlo equos atq; ſeſſores qui Iſraëli auxilio eſſent, deuocauit. *Quæſtio* 85.

Si tum denique perfecta eſt reſurrectio,cùm perfectus ſuiſque omnibus partibus abſolutus homo excitatur,cur ait ſcriptura,mortuo Domino multa corpora ſanctorum qui dormierāt excitata eſſe,id quod nō cōmemorauit in aliis, quę Dominus excitauit? veluti in Lazaro,& in Iair filia, vel in viduę filio: ſed abſolutè,hunc vel hāc excitaſſe.Quomodo igitur in his tātùm reſurrectionis corporum mentionē facit,ſubiicitq; ea viſa eſſe multis, quod quidem maximæ parti viſionis ſuſpicionem affert?num etiā verè corpora inanima excitata ſint,& verùm ſuperfuerint,an ſtatim è vita exceſſe-

B rint,an maneāt in immortalitate, & vbi: quídque fructus poſteris & ex iis quæ in ipſis facta ſunt,afferant,doce.

Explicatio.

Si perfectā reſurrectionem eorum qui excitātur appellamus eam, in qua animi rurſus in corpora eorum qui excitātur,habitādi cauſa intrāt,perſpicuum eſt, omnes qui & excitati ſunt, & excitandi à Domino, perfectos eſſe excitatos.Fieri enim nō poteſt,vt mortuorum fiat reſurrectio,quin animus in corpus ſuū habitādi cauſa introeat.Si igitur diuina ſcriptura di-

C cit,certum quendā à mortuis eſſe excitatum,aut à mortuis excitata eſſe corpora,nos ex vtroque ſermone perfectam reſurrectionem intelligere debemus,eam quæ animi in corpus reditu perficitur.Atque vt cùm diuina ſcriptura ait, Qui Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum à mortuis excitauit, viuificabit & animos veſtros & corpora,nec minùs perfectā dicit reſurrectionem, nec viſionis aut ſpeciei ſuſpicionem affert,ſed perfectā fidem reſurrectionis:ſic etiam cùm ait,Excitata ſunt à mortuis multa corpora ſanctorum qui dormierant, perfectam reſurrectionem cōmemorat. Horum autem ſanctorum reſurrectio argumento fuit * eſſe Chriſti mortem * hominum,ijs qui in præſenti * omnibus animis qui ſunt apud

D inferos, eáque de cauſa nec rurſus è vita exceſſerunt, ſed manent in immortalitate, quemadmodum Enoch & Elias, & vnà cum iis in paradiſo expectant Chriſti reſurrectionem quæ iam æterna facta eſt immutatione qua,vt ait diuinus Apoſtolus,omnes immutabimur.Nōdum enim quiſquā ad immortalem interitúſq; expertē vitam præter Chriſtum excitatus eſt. Itaque primigenius mortuorum prædicatus eſt, primitiǽque eorum qui dormierunt.

Quæſtio 86.

Quæ eſt interpretatio horū nominū,mna,οἶφι, νέβελ,gomor,ſiclus,βασιλικὸ, ἅγιον, ſtater,drachma,quadrās,ὀρμίσκος, talentū,as,Seraphim,Beſel,Sabaoth,

E adonai,Ephod? Vtrorumque enim nobis eſt neceſſaria cognitio,quoniā vtraque in ſcriptura cōtinentur.

Explicatio.

Tradita eſt ab Origene viro qui Hebraicum ſermonem calluit,omnium quæ in diuinis ſcriptis feruntur,Hebraicorū & nominū & menſurarū interpretatio.Illā ſi quæras,inuenies in ea omniū quæ quæſiſti interpretationē.

E. i.

Quæſtio 87.

A Si ante Baptiſtæ cædẽ & mortẽ,miraculorũ operibus Dominus ornabatur, vt ait Matthæus,& ad omnes qui Iudæã incolebãt,eius rei fama peruaſit: quomodo poſt præcurſoris necem Herodes qui miracula quę Chriſtus edebat,audiret cum Iudæis,Ioannem reuixiſſe dicebat,& ſigna edere?Hæc enim nobis beatus Marcus exponit.

Explicatio.

Omnes qui miracula quæ cõſeruator edidit,audierunt,nõ omnia vno tẽpore auditione accepiſſe,ſed alios priùs,alios poſteriùs, declarãt voces eorum,qui Ioãnem edidiſſe dixerunt ea miracula quæ Chriſtus Ioãne mortuo edidit.Neq; enim hoc dixiſſent,ſi fama miraculorũ quæ ante Ioannis necem Chriſtus edidit,ad eos peruagata eſſet. Non igitur mirũ erat ſi etiã Herodes poſt Ioãnis necem diſcipulorum Ieſu opera audiebat, quæ Ieſu nomine fierent.Tum enim Ieſu nomen audiuit Herodes,cùm Ieſus diſcipulos ſuos miſit,qui in vicis & oppidis pœnitentiã prædica.ẽt,curarẽntq; morbos,ſicuti Marcus exponit.Etenim Ioãnes ipſe,antè quàm viduę filius excitaretur non audiuerat omnia quæ Ieſus in Galilæa & Hieroſolymis fecerat,& tamen multa iam à Chriſto edita erãt miracula & antè quàm Ioãnes in cuſtodiã traderetur,& poſteà quã in vincula coniectus eſt. Tum enim miſit Ioãnes diſcipulos ſuos ad Ieſum,qui diſcerẽt,iſne eſſet cuius aduentus expectaretur,quemadmodũ ait Lucas quidẽ euãgeliſta * euangeliſta illud. B C

Quæſtio 88.

Si vt & diuina ſcriptura docet,& nos credidimus, Chriſtus poſteà quàm natus eſt,nõ peccauit,quomodo rurſus ſcriptura verè dicit,cùm clamat cũ iureiurãdo,neminem eſſe qui natus ſit,qui non peccauerit,nec ortum eſſe qui nõ iniquitatẽ admiſerit?omnis autẽ puer æqualis fœtus & partus, qui moritur,aut breuẽ vitæ vſurã accipit,peccatũ & iniquitatẽ, aut horũ contraria facere non poterat.

Explicatio.

Illud,Nemo ortus eſt,qui nõ peccauerit,neq; natus qui non iniquitatẽ fecerit,nõ declarat falſum eſſe id quod de Chriſto dictum eſt, Peccatũ non fecit.De eo enim qui ex viro & muliere natus eſt,hęc dicta eſt oratio.Chriſtus autem ex Spiritu ſancto & ſancta virgine natus eſt.Intelligitur porrò verbum illud hoc modo,Nemo eſt qui vim eã naturámq; habet,vt peccare aut iniquè agere poſsit,qui non peccauerit,aut iniquitatem fecerit Eã autem vim & naturã habet,vt peccare poſsit,is qui libera voluntate ac iudicio ſe ipſe impellit ad agendũ quod velit,ſiue bonũ ſiue malum ſit. At puerum,ſiue infantẽ,cùm nondũ ea vi ſit prędiţus,perſpicuũ eſt nõ habere aptum animũ ad peccãdum,& * liber erit à ſorde & macula:ſed nemo etiãſi vnius diei eius vita ſit in terra,vllo modo cõue. * Vita enim pro ratione vitæ * puero autem vt non eſt vitæ ratio propoſita * nec vita. D E

Quæſtio 89.

Si in vaſe quod Petrus in viſu vidit,erãt mundæ aues * quemadmodũ nobis ſcriptura tradit * illud verbum omnia, quod vtrumque eorum quę antè dicta ſunt,comprehendit,ſicuti ſtetit,deinde mactare & edere ex iis quæ

A iis quæ commonſtrata ſunt, idem Apoſtolus ſine delectu & indefinitè iuſſus aduerſatus eſt,& denegauit his verbis,Nullo modo,Domine: quod enim commune eſt aut immundum, nunquam edi: quid cauſæ eſt, quin talibus verbis doceatur, omnia quidem animãtia expertia rationis vt immunda deteſtari,accuſare autem eum qui eſum eorũ vt immundi cibi deteſtatus eſſet,tum tamen ex eis deguſtare ipſum iuberet?

Explicatio.

Ex eo quod Petrus reſpondit,intelligimus,quęnã in linteo ineſsẽt,nempe immunda ſola:neque neceſſariò verbum hoc,omnia,munda etiã complectitur. Fieri enim poteſt, vt omnia quadrupedia, & pennigera terrę
B dicãtur etiã immunda.Illud autem,Nullo modo,Domine: nunquã enim quod cõmune eſt & immundũ comedi,ad ſpectaculum omniũ quę ipſi in linteo commõſtrata ſunt,nõ aliquorũ,reſpondit.Vas igitur in quo erãt pennigera & quadrupedia omnia * omiſsione verbi quod immunda ſignificat, dictum eſt, pro illo, * in quo erãt omnia immunda pennigera & omnia quadrupedia terræ.Atque vt cùm diuina ſcriptura ait,Omnis viri caput Chriſtus eſt,verbũ hoc,omnis,fidelẽ infidelémq; non comprehendit,ſed tãtùm fidelem:(fidelis enim vir Chriſti corpus eſt,Chriſtúſque viri fidelis caput dicitur)ſic nec verbũ hoc omnia,munda & immun-
C da complexu ſuo continet, ſed immunda ſola,quibus prædicta eſt Petro Gentium immundarũ aſſũptio, quarũ animos Deus Chriſti fide expiauit.

Quæſtio 90.

Si pia ratione ducti patriarchę ſibi ac liberis ſuis vxores ex ſua cognatione acceperunt, quid afferri poteſt, quin cõtra pium maiorum conſilium Ioſeph & Moſes fecerint,cùm hic Ægyptiã,ille Madianitidẽ duxit vxorẽ?

Explicatio.

Si patriarchæ quidem, quòd vererentur ne liberi ſui à religione abducerentur & auocarentur,ſuos ex Gentibus vxores accipere paſsi nõ ſunt,Mo
D ſes autem & Ioſeph hoc metu ſuperiores erant, nihil cõtra maiorũ ſuorũ inſtitutum feciſſe videntur Moſes & Ioſeph, acceptis ex Gentium familiis vxoribus.Nã non ſolùm ab vxoribus à religione vera non ſunt abſtracti,ſed etiam vxores ſuas in ſuã traduxerunt religionem.

Quæſtio 91.

Si Adamus antè quàm præceptum Dei violaſſet,mortem animãtis quod rationis erat particeps,aut expers,nõ vidit,aut expertus eſt,quomodo mortem quã nõ viderat, quaſi vidiſſet, & obſeruauiſſet, cùm ei illã Deus minatus eſt,metuit? Cur autem Deus eam quã ignorabat, ei tanquã noſſet, minatus eſt?

Explicatio.

Si participẽ rationis eũ eſſe dicimus,qui in ſe eorũ quę à * ſignificãtur,in
E telligentiã notitiámq; habet,perſpicuum eſt etiã Adamũ qui rationis eſſet particeps,in ſe notitiã mortis habuiſſe.Atq; vt Adamus cùm aliquẽ qui rationis cõpos erat,nõ vidiſſet,qui ex ſui corporis nuditate pudore afficeretur tamen ipſe nudus erubuit, quòd in ſe pudoris nomen & notitiã haberet: ſic etiã mortis in ſe notitiã habuit,etſi rem ab alio nondũ animaduertiſſet.

Itaq; rectè atq; iure mortẽ timuit,cùm ex ipſius notione vitę contrariã eſſe A intelligeret. *Quæſtio 92.*

Quoniam in ſcriptura iudicia,iuſtificationes,teſtimonia,legem & pręcepta leguntur,vtrùm idem vtrúmque efficiat,an propriã rationem vtrũque habeat,doce. *Explicatio.*

Iudicia ſcriptura appellat verba quæ res agendas à non agendis diſtinguũt,atque honorem quidem obedientibus,ignominiam autem & dedecus non obedientibus,ſed violãtibus ſtatuerunt.Iuſtè autem & rectè facta vocat rectã iudiciorum rationem,quæ cuique tribuit pro dignitate. Legẽ verò complexionem ſcriptam totius Iudaicæ religionis vitæque rationis B ac reipublicæ.Teſtimonium,ob ea quæ facta ſunt ab iis qui receperunt * benè ac malè precando remunerationem,quã * Moſes teſtes citãs futurã eſſe dicebat eis ſi parerent aut nõ parerẽt, & obtemperent.Mãdata &præcepta * verborum,appellans verba quæ mãdantis aut præcipientis ratione dicta ſunt,ex diuinę authoritatis explicatione, quę ea mãdauit,aut pręcepit. *Quæſtio 93.*

Si auerſæ cæli partes aquis vrgentur, quemadmodum diuinarũ literararum monumentis proditum eſt,id quod nonnulli factum eſſe cenſent propter igneam aſtrorum eſſentiã,ſic vt cælum vrgẽtibus aquis depreſſum ſubiecta aſtrorum flamma inuictum maneat: quî fit,vt ij qui hæc dicunt C verè dicant,cùm aſtra non in cælo,ſed infra cælum ferantur?Si ea in cęlo eſſe dicimus, quomodo vim actionémque mouendi habent, cùm cæleſte corpus ſit immobile? ſi verò vnà cum cælo aſtra mouentur, quid cauſæ eſt,quin fabula vera ſit,quę cęlum ſphęram appellat? Quòd ſi hoc indecorum & indignum eſt,& quod de aſtris antè dictum eſt,conſentaneum eſt intelligi,quid afferri poteſt,quin aquarum quę in ſupero loco ſunt,inutilis ſit coagmẽtatio? Quis etiam ei locus relinquetur in fine ſeculi,cùm boni ſuprà erunt, improbi atque peccatores ſubter, qui tum eorum quę geſſerint,pręmia laturi ſunt? * D

Explicatio.

Etſi aſtra infra cęlũ ſũt,tamẽ motus actionis eorũ quę ignis naturã imitãtur eſſentię,natura fit ad ſuperiora.Itaq; verã cauſam attulerũt ij qui ad ſtabilitatem conſtãtiámq; firmamenti,cęli ſuperiores partes aquis deprimi dixerunt.Nec verò hęc vna cauſa eſt,cur aquæ ſint in auerſis cęli partibus quòd ſit inuictum ſubiecta aſtrorum flãma,ſed etiã quòd deorſum aquarũ quę in eo auerſo inſunt vi &copia vergat,nec moueatur ventorũ impetu,quódque ſummũ frigus ex eis deorſum mittatur,à quo dum mixtus eſt cũ ſummo ſolis calore,commoda aëris temperatio ad animalium eorúmque quæ terra ex ſe edit,perpetuitatẽ efficitur.In extremo autem ſeculo,nõ in hoc cęlo,nec in hac terra homines pro iis quę geſſerint, pręmia accipient, ſed E in nouo cęlo,& in noua terra, vt illud indicat, Cęlum nouum &terra noua quam ego facio, manet ante me in ſecula. Et rurſus, Principio tu Domine terram fundaſti, & opera manuum tuarum ſunt cæli: Ipſi quidem peribunt, tu autem permanes, omnéſque vt veſtimentum inueteraſcent, & quaſi

A & quaſi operculũ eos cõuertes & mutabũtur. Et rurſus, Semel ego moueo
nõ ſolùm terram, ſed etiam cælum. Quòd autem mouetur, mutationem
ſui declarat, vt immota ſtabiliáque maneant ea quæ non mouentur.

Quæſtio 94.

Si cælum vt papyrum & chartam verſum iri, & aſtra vt folia in terrã caſura
eſſe prædixit Dominus, & propheta his conſentanea prædixit : quid
afferri poteſt, quin omnis firmamenti interitus his verbis demonſtretur ?
Quæ eſt igitur horum verborum intelligentia, quóque modo elementa
æterna & ab interitu libera conſtare poſſunt?

Explicatio.

B Vt firmamenti effectionem parabolicè diuina ſcriptura comparauit
aliàs extentioni pellis, veluti hoc loco: Extendens cælum inſtar pellis,
aliàs fumo firmo, veluti illo loco, Cælum ritu fumi firmatum eſt, aliàs rotunditati
cameræ, vt illo, Qui tetendit cælum more teſtudinis: ſic eius diſſolutionem
parabolicè comparauit, interdũ chartę quę verſatur, interdum
elemento quod igne diſſoluitur, quemadmodum ait Petrus Apoſtolus in
poſteriore ſua catholica epiſtola, nonnunquam veſti vetuſtate cõſumptæ
& confectæ. Neceſſe eſt enim præſtãtioris cæli quod nouum fit, inductio-
C ne tolli firmamentum, vt quod illi ſtatui minimè ſit accommodatum, vt
ſuo interitu, etiamſi tum *

Quæſtio 95.

Si vſus adiumentíque noſtri cauſa, creatæ naturæ origo extitit, itémque
ob neceſſarios noſtros vſus alia intereunt, alia extremo ſeculo immortalitatem
nanciſcentur, veluti pecora, aues, & beſtiæ intereunt, cęlum autẽ
atque terra ab interitu vindicãtur, & illa quidem intereunt, quòd corpus
noſtrum excitatum, nihil requiret, hęc autem elementa ſine interitu permanebunt,
quòd in eis eorũ quę geſſerimus pręmium laturi ſimus : quid
eſt quamobrem non inutilia ſint futura aër & mare, ſi tum ab interitu li-
D bera manebunt, cùm ea minimè requiremus nec ad reſpirandum, nec ad
mercaturam, nec ad eſum piſcium, aut aliquam aliam cõmoditatem ex eis
capiemus, quòd corpus noſtrum, iam vt dixi, nihil requirat omnino?

Explicatio.

Si Pauli Apoſtoli ſententia, pręterit figura mundi huius, perſpicuum
eſt etiam cætera omnia, quæ figuræ ornatúſque mundi cauſa facta
ſunt, vnà cum mundi ſpecie & habitu, ceſſura eſſe neceſſariò. Inducentur
autem nouum cęlum atque terra, in quibus meritorũ bonis ac malis pręmia
reddentur. Aëre verò etſi ad ducendum ſpiritum nobis tum opus nõ
erit, tamen ad motum & loci mutationem eo neceſſariò vtemur. Rapie-
E mur enim, inquit, in nubes obuiam Chriſto in aëra.

Quæſtio 96.

Si * ex ſententia, bonis à Deo laus tribuitur * pueri qui ab Herode
* necati ſunt, & * cùm in iumento ſedens * laudem cõſequutus
eſt * iùre habent * illi mortem quam pręter voluntatem perpeſsi
ſunt, ídque non ſua voluntate & ſententia, ſed diuino conceſſu & mune-

re Hieroſolymis laudem illam dixerunt. A

Explicatio.

Philip.1. Si Dei munus eſt, pro Chriſto pati (Vobis,inquit,donatum eſt,non ſolùm vt in eum credatis, ſed vt etiam pro illo patiamini) paſſi ſunt autem pro Chriſto pueri, diuino igitur munere digni habiti ſunt. Quis ergo eos non iure laudet,qui diuini muneris largitione laudati ſunt à Deo, à quo laus iis qui præter cōſilium & voluntatem boni ſunt, largè tribuatur? Præterea ſi ad laudem eorum qui religionis cauſa opprimuntur, eos qui oppreſſerunt Deus viciſsim opprimit, pueri etiam qui ab Herode necati ſunt,ea laude affici debent,quæ ab oppreſsionum vltione ſumitur.Iuſtum eſt,inquit apoſtolusPaulus,apud Deum retribuere retributionem iis qui vos tribulant: & vobis qui tribulamini requiem nobiſcum in regno ſuo. B

Quæſtio 97.

Si gratia ob hanc cauſam gratia vocata eſt, quòd propenſiùs quàm lex peccatoribus veniam det, quomodo ea quæ gratia digna ſunt, magis in lege reperiuntur? Lex enim aſperſionibus quibuſdam,immolationibúſq; beſtiarum,ac diuerſis lauachris & expiationibus eos qui peccant & offendunt, quotidie à crimine abſoluit. Gratia autem vnum tantummodo lauachrum cōcedit. Atqui ſi ſemel ſolùm peccaremus, ſemel etiam tantùm remiſsionem requireremus.Nunc verò cùm plerumq; peccemus,perſpicuū eſt, ſæpe etiam nobis opus eſſe remiſsione: quod quidem non gratia, ſed lex aſperſionibus ac cæteris quę enumerata ſunt,pręſtare ſolet. Quo igitur modo gratia humanior lege in peccatores eſſe docebitur, ſi res ita ſe habent, vt diximus? C

Explicatio.

Lex lauachro,&hoſtiis dat delictorum eiuſmodi remiſsionem,quæ nihil ad Reip. detrimentum hominúmve vitæ pertineant, in quo eſt genere mortui,elephantici, aliorúmque eiuſdem generis actio. Quæ autem mala & ſcelera ad hominum conſuetudinis vitæque detrimentum pertinēt, eis lex non dat veniam nec expiatione, nec beſtiarum immolationibus, ſed æqua dignáque præmia dat iis qui peccarunt pœna talionis.Vitam, inquit,pro vita,oculum pro oculo,dentem pro dente. Vbi autem par pœna indigna eſt ,ibi ſceleſtos pœna ignis, lapidatione, gladio mulctat. Sacerdotis enim filiam ſcortantem igne conficit. Eam autem viri de populo,lapidibus obruit,quæ autem viro nupſit,gladio vult interfici, nec vſquam in eo vis legis eſt, vt humanitatis ratione ducta expiationibus aut hoſtijs, talium aliquem ſeruet. At gratiæ magna eſt quædam in eorum qui peccant,humanitatem vis & poteſtas. Hæc enim, lege etiam ſtante, niſi Dauidem regem qui duobus ſceleribus mortiferis ſe contaminaſſet, patefacta ei pœnitentiæ porta, complexa eſſet, in lege ſeruatricem non inueniſſet humanitatem. Hæc in mundo expertum clarúmque peccatorum medicum pœnitentiam ſtatuit, quæ eos etiam qui ſeptem & ſeptuaginta peccatis ſe inquinant,curare poteſt,dummodo pœnitentię voluntate & inſtituto vti velint. D E

Quæſtio 98.

A Si Deus timorem non neceſſarium verbis ſuis confirmat, ait enim, Qui timet, non eſt perfecta charitate præditus: cur idem rurſus diſcipulos ſuos docet his verbis? Timete eum qui & animum & corpus in gehēna poteſt perdere?

Explicatio.

Non hoc à Domino dictum eſt, Qui metuit, non eſt in eo perfecta charitas, etſi is qui illud dixit, ex Domini dixerit ſententia. Illud autem, Metuite potiùs eum qui & animum & corpus perdere in gehēna poteſt, dictum ab eo non eſt, perfectæ charitatis tollendæ gratia. Qui enim maio-
B re Dei metu, minorem hominū metum tollit, ſua in Deum charitate ductus hoc facit. Itaque maior Dei metus cauſa eſt cur ea quæ chara habentur, minimè amittantur. Quò enim præſtātius eſt id quod creditur, & traditur, eò vehementiùs amatur: & quò charius habetur, eò vehementiùs is qui illud charum habet, eius amiſſionem timet, dum in certamen de re quam charam habet, deſcenderit. Dirempto autem certamine vnà cum illo, etiam metus amiſſionis eorum quæ amata ſunt, deponitur. Itaque ad illud tempus neceſſarius eſt Dei metus. Neque enim vt odium vim habet tollendæ charitatis, (fieri enim non poteſt, vt idem & amet & oderit) ſic metus. Idem enim & amare poteſt, & timere.

C *Quæſtio 99.*

Si Deus beſtiarum immolationes in lege fieri iuſſit, vt iis homines ſuum in ipſum honorem & ſtudium declararent, quî fit vt Gentes quòd homines immolent, eis magis impij eſſe demonſtrentur? id quod ab antiquis factū eſſe dicunt, vt maiore honore Deus qui apud eos haberetur, afficeretur, cùm eum eorum qui rationis eſſent participes, immolatione colerent. Quò enim animans rationis particeps eo qui ea non vtitur, præſtantior eſt, eò etiam eius eſt quàm illa clarior & præſtantior immolatio. Quod etiam planius fit ex iis quæ Iephthe geſſit, qui cùm filiam ſuam immolauerit, in epiſtola ad Hebræos in catalogo piorum recenſetur.

D *Explicatio.*

* non ſpectanda eſt immolatio & hoſtia quæ ex lege Deo immolabatur, ex eo quòd ſanguis eſt beſtiarum, ſed quemadmodū eam ſibi immolatam gratam habuerit. Si enim rationis expertium animātium ſanguinē cùm ipſi offerretur, ita probauit acceptúmque habuit * ſuum ipſi animum detulit, is qui hoc * perſpicuū eſt, hoſtiā quidem * à cōprobatione eius qui eam ita accepit, & Deū primum honorē. Eum autē qui beſtiarum ſanguinē obtulit, pro animo ſuo offerre ſolitum, teſtis eſt diuina ſcriptura, in qua ſcriptum eſt hoc modo, Pro animo eorum qui offerunt, beſtiarum ipſarum ſanguis in ſanctis ſanctorum offertur. Non igitur ex na-
E tura eius quod offertur, ſed ex eius qui accipit, animo & habitu hoſtiæ ratio iudicanda eſt, Deíque honor & cultus, qui quòd generi hominum cōſulat, homines cōſumere noluit quotidiana eorum immolatione, nec genus delere, ſed hominibus dedit creſcendi permanendíque poteſtatem,

eorum autem hoſtiis & ſacrificiis locum maximum. At verò dij qui apud A
Gentes coluntur, cùm dæmones eſſent improbi hominúmque hoſtes, eiuſmodi hoſtiis delectabantur, quæ hominum genus & imminuerẽt & delerent: quod quidem maximè declarat & deorum Gentium agreſtẽ immanémque inhumanitatem, & Gentium de deorum natura, quos nullos ponebant, ſententiam, qui tamen delendo genere hominum, maiore, vt aiunt, atque adeò turpiore religione deos ſuos colere conabantur. Cauſa autem ob quam Iephthe in catalogo piorum numeratus eſt, talis eſt, Petiit Iephthe in hoſtes victoriam, qua vt potiretur, votum quod ad agendas gratias pertinebat, ſine delectu indefinitéque nuncupauit, ſe immolaturũ, B
id quod ſibi redeunti ex prælio cum trophæo, ex ipſius domo obuiã prodiret. Diabolus autem qui votum illud incertum indefinitúmque accepiſſet, excogitauit ex eo caſſes & laqueum violationis, impulítque filiam eius quam vnicam habebat, vt cum fidibus illi obuiam domo exiret, vt cùm ipſe filiæ peperciſſet, votum violare cogeretur. Sed tamẽ diabolus caſſibus explicatis, prædam non cepit, quòd Iephthe filiæ vitæ voti exolutionem anteponendam cenſuit. Deus autem eam paſſus eſt immolari, non quòd humano ſanguine delectetur, ſed exempli prodendi cauſa hominibus qui à vera religione abhorrent, nunquam eſſe Deo indefinitè votum nuncu- C
pandum. Multa enim abſurda & incommoda in voto ita indefinito formidanda ſunt: quæ Deus cùm prouidiſſet, ne fierẽt, paſſus eſt filiã Iephthe immolari, quod quidem non fuit inſtituti & propoſiti primùm nec Dei, nec Iephthe, ſed voto indefinito quodam modo accidit. Quoniam igitur Iephthe filiæ immolatione ſuam in Deum religionem & cultum ſeruare demonſtratus eſt, idcirco in bonorum catalogo eius facta mentio eſt.

Quæſtio 100.

Si ad docendum verum eſſe cultum qui ab orthodoxis adhibetur, miraculorum munus in eorum eccleſiis ab initio Deus conceſſit, cur cùm hæretici, qui in eis cultum adhibuerunt, ab iis qui rectè ſentiunt, ſe remouerunt, non vnà cum orthodoxis in eccleſiis deſinunt etiam diuina mu- D
nera, ſed erroris cultus in eccleſiis recipitur, & ea quæ à Deo amplificandæ religionis veræ cauſa conceſſa ſunt, etiam in hæreticorum eccleſiis eam vim habent?

Explicatio.

Si per hæreticos viuos aut mortuos diuina gratia munera operaretur, haberet id quod fit veram accõmodatámque dubitationem. Nunc verò cùm Apoſtoli, prophetæ & martyres diuina miracula in eccleſiis edant, quorũ diuinis operibus mundo Deus declarat, illorum eſſe eccleſias per quos miracula operatur, id eſt, eorum qui recta ſentiunt. * * E

Quæſtio 101.

Si meditatione & exercitatione omnes qui rationis ſunt participes, cognitionem ſcientiámque percipiunt: ſcientiæ autem lex eſt, maioribus minora ordine præponere, quod quidem valuiſſe apud Iudæos planiùs docetur, qui primùm legis doctrinam & inſtitutionem, deinde ita euange-

lia

A lia acceperunt: quid eſt quamobrem non præpoſterè dicamus quibus ante minora maiora traduntur? appello autem ea quæ legis ſunt, minora, maiora autem ea, quæ euangelia attingunt. Vna enim cùm noſtra & illorum natura ſit, vnus etiam diſcendi ordo eſſe debebat, præſertim cùm ſi in doctrina deteriora non antecedant, vix eſt locus melioribus.

Explicatio.

Si quam neceſſitatem habent ex diſciplinæ & artes, in quibus niſi deteriorum doctrina antecedat, meliora impediuntur, eam diſciplinæ noſtræ haberent, ſine ordine etiam noſtrę diſciplinæ traderentur. Nunc verò cũ noſtræ literæ etiam præpoſtero ordine diſci poſſint, perſpicuum eſt ea quæ
B diſcimus, ab illa neceſſitate eſſe libera. Quod autem à neceſſitate liberum eſt quocunque modo fiat, in eo ordinis commutatio reprehendi nõ poteſt. Atque hæc quidem ad explicationem captionis, ſiue fallacis concluſionis quæ ineſt in quæſtione. Ad quęſtionem autem ipſam ita reſpondemus, ne nos quidem prępoſtero ordine doceri, ſed vt diſcebant Apoſtoli, primùm ea quę legis ſunt, deinde euangelia, ſic ea nobis tradiderunt. Hoc autem declarant eorum verba, quibus euangelia tradiderũt. Vbique enim cùm ex lege Chriſtum prędicaſſent, ex primis extrema, & ex minoribus maiora docẽt. Illud enim, Prophetam vobis excitabit Dominus Deus no-
C ſter ex fratribus noſtris ſecundum me, &c, Dixit Dominus Domino meo, Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos, & illud, Quòd non reliquiſti animum meum in inferis, nec caro mea vidit corruptionem, verba ſunt legis, quę per ſe Chriſtum prędixerũt, quibus etiam Apoſtolus adhibitis Iudęis Chriſtum prędicauit. Nam quod attinet ad doctrinam, nihil à lege euangelia differunt: quod autem ad promiſſionem & exolutionem, differunt. Quid eſt enim lex? euangelium quod prędictum eſt. Quid euangelium? lex quę completa eſt.

Quæſtio 102.

D Si nihil in corporis noſtri coagmentatione quod ſuperaret, aut abeſſet, Deus fecit, cur vt ſuperuacanea prępputij pars in Iudęis prę cidebatur? Quã verò ad vtilitatem non in alio membro, ſed in eo quod procreationis liberorum cauſa datum eſt, circunciſionẽ ij qui Chriſti aduentum anteceſſerunt, acceperunt? cur porrò ſi eam vt vtilem ſumpſerunt, hãc etiam prę ciſionem non adhibemus? *Explicatio.*

Quia Abrahamus ſenectute impeditus, & ſua & vxoris quę libera erat, diffidebat ſe ſuſcepturum liberos ex libera, * promiſſionem procreationis liberorum * Deo, cùm fidem Deo habuiſſet, ſe contra ętatis tẽpus patrem eius filij qui ei ex ſterili atque ſene natus eſt, futurum, * ei Deus ſignum huius * amputationẽ prępputij eius mẽbri, quod ſenectus quidẽ
E ad procreationẽ liberorum inutile reddiderat, fides autẽ Abrahami ad idẽ opus aptum fecerat. Traduxit autem hanc circunciſionem in vniuerſum genus, quod ductum ab eo qui contra ſpẽ patris generatus eſt, extat memorię cauſa, quam nulla tẽpora obliterabũt, & Abrahami fidei, & Dei poteſtatis, qui mortuos viuificat, eúmque qui non eſt, tanquàm ſit vocat,

Circuncidimur autem nos etiã Chriſti circuncisione per baptiſmũ exuẽtes Adamum,cuius culpa peccatores effecti mortui ſumus, Chriſtúmque induentes cuius benignitate iuſti effecti à mortuis excitamur. Per quem, inquit Apoſtolus, circuncisi eſtis circũciſione non manu facta,expoliatione corporis noſtri. A

ἡμῶν forταſſὶς melius ὑμῶν.

Quæſtio 103.

Si is cui præceptum eſt,vt faciat ea quæ poteſt,laudem aut reprehenſionẽ faciendo aut non faciendo conſequitur, perſpicuum eſt eum qui ea quæ facultatẽ ipſius ſuperãt,non fecit,quia fieri non poſſunt, carere reprehenſione. Quomodo igitur * id quod vires ſuperat iubet, id eſt,non peccare,eum qui peccat pœnis ſubiicit,cùm homo legem perficere non poſſit?Horum etiam teſtis eſt Apoſtolus,qui ita ſcribit, Non iuſtificabitur omnis caro operibus legis. B

Explicatio.

Quod omnis homo præſtare non poteſt, id etiam aliquis homo non poteſt efficere:veluti volare in aëre ritu aquilæ aliquis homo nõ poteſt, propterea quòd omnis etiã homo non poteſt:contráque quod aliquis efficere poteſt:vt nauigare,id etiã omnis homo poteſt.At ſi vt in diuinis literis ſcriptũ eſt,nonnulli eorũ quos lex tenuit, iuſtitia à culpa liberi facti ſunt, perſpicuũ eſt etiã omnes qui lege tenentur,ſimili modo legis iuſtitia à culpa poſſe fieri liberos.A it enim de ſe beatus Paulus Apoſtolus,Ex iuſtitia quæ ex lege eſt,nulli culpæ affinis fui.Beatus autẽ Lucas Euãgeliſta,de Zacharia & Eliſſabeta eius vxore ſcribens, eos iuſtos fuiſſe apud Deũ ait,paruiſſéque præceptis Domini omnibus, & iuſtificationibus,ſine vlla reprehenſione.Quid eſt autem,omnis quæ ex lege eſt iuſtitia? Diligere Dominũ magis quàm ſeipſum,proximũ vt ſeipſum:quod quidẽ homines ſi modò velint,prſtare poſſunt. Illud ergo,Operibus legis nõ iuſtum fieri vllũ hominem,non dicit,quòd fieri nõ poſſint, ea que fieri nequeunt,ſed quòd nolit ea quç fieri poſſunt.Volũtate enim in iis quæ fieri poſſunt,vtimur,nõ in iis quæ nõ poſſunt effici.Ex iis enim quæ fieri poſſunt,& quæ in nobis ſita ſunt, laus aut vituperatio cõparatur,cùm facta,aut nõ facta ſunt.Nos autẽ peccare quòd nõ eligamus,non quòd non poſſimus,hinc ſciri poteſt, quòd non omnes homines omnibus peccati generibus peccãt,ſed nõnulli certo peccati genere,alij alio:nonnullique pluribus,alij paucioribus,quidã nullo,vt iuſti illi,quos paulò antè diximus, quod quidem hominibus non vſuueniret,vt aliquo peccati genere delinquerent,aliquo nunquam,ſi naturç imbecillitate, non voluntatis conſilij prætermiſſione homines peccarent. C D

Quæſtio 104.

Si in criminibus locum pœnitentiæ iis qui peccarunt lex non cõcedit aut relinquit,ſed periculum eis quod vitari non poteſt intẽtat,quomodo ſtuprum & cædem Dauid propheta cùm feciſſet,non contra legem veniam meruit?Et ſi bonum eſt venia,cur id quod ſub veniam non cadit,legi adiunctum eſt?Si malũ,id quod nõ puto,quomodo is qui bona ſuppeditat, malum E

malum prophetæ conceſſit?

A *Explicatio.*

Si in criminibus pœnitentiæ locum peccatori lex non cõcedit,quomodo in quæſtione ſeptima & nonageſima gratiæ lex antepoſita eſt, ita vt aliqua propenſior & humanior eſſet ad veniã dandã peccantibus,quos quotidie & expiationibus,& beſtiarum immolationibus à culpa abſoluit?Nũc verò in ea quæſtione quæ poſita eſt,gutta ſiue particula humanitatis legi relicta non eſt, ſed ei adiuncta eſt veniæ dãdæ vacuitas quę peccatori periculum oſtendat,quod vitare non poſſit? Atque hæc quidem ad id quod non notatũ eſt & de quæſtionum diſcrepantia dicta ſint.Ad quæſtionem B autem reſpondemus,vt lex à venia vacuitatem contineret,tamen gratiam peccatori conceſſiſſe pœnitentiã.Illud enim,Manus veſtræ ſanguinis plenæ ſunt, ſed lauamini,mundi eſtote.&,Si ſint peccata veſtra vt purpura, inſtar niuis dealbabo.& illud,Nolo mortem peccatoris, vt eum conuerti & viuere:verba ſunt diuinæ gratię, quibus peccatores ad legis clemẽtiam vocantur,qui pœnitentię prȩſidio peccatorum veniam ſunt cõſecuti. Bona eſt igitur venia & munus diuinę gratię:non tamẽ eſt ex lege,nec contra legem,ſed ſupra legem atque pro lege: ſupra legem quidem,quòd gratia: pro lege porrò, quòd pœnitentia peccatores ad legis clementiam perducit,quemadmodum etiam Dauidem.

C *Quæſtio 105.*

Si omnibus hominibus ob naturę imbecillitatem neceſſarium eſt precum prȩſidium,in Chriſtum autem Dominum hęc non cadebant, quippe qui Dominus eſſet,poteſtatémque nactus eſſet quę ſatis erat ad omnia:cur ex ſcriptura Chriſtum crebriùs quàm Apoſtolos,precatum eſſe intelligimus?

Explicatio.

Vt Dominus eſuriuit,ſitiuit,defatigatus eſt,illachrymauit,& ſudauit, etſi nihil horum pro ea vi qua prȩſtitit,perferre poterat, ſed vt humanę naturę ſuę indicia demonſtraret,ſponte naturę infirmitates perpeſſus eſt:ſic ob eandem cauſam precatus eſt. Si enim cùm vltro ac ſponte naturę ſuę im-D becillitates pertulerit,tamen audẽt quidam negare eum naturę noſtrę eſſe participẽ,quid eſt quamobrẽ nõ hoc ipſum copioſè demonſtraſſent,ſi nuſquàm ei contigiſſet, vt Deũ patrémque precaretur? Quoniámque de apoſtolis nulla fuit controuerſia & dubitatio,eſſẽtne homines,de conſeruatore autem futura erat dubitatio,proptereà crebriùs etiam eum quàm illos precatum eſſe, cęteris hominibus diuina ſcriptura expoſuit. Si enim carnis imbecillitatibus ſuperior reſurrectione effectus,tamen vt confeſſionis noſtrę pontifex pro nobis loquitur & rogat,quãto magis cùm etiam tum corporis imbecillitatibus eſſet obnoxius,magno clamore, & firmo, atque lachrymis egebat, cum quibus preces ei qui ſe liberare à morte poſſet, offerret?

E *Quæſtio 106.*

Si omnium hominum vnã habet corpus,vnámque animus eſſentiam,quî fit,vt alius ſit ignauus & tardus,alius ſubtilior & acrior ad intelligendum?

Quòd ſi in animo cauſa eſt huius diſſimilitudinis, neceſſe eſt pro intelligentiæ diſcrimine & diſtinctione, animorum diſſimilem diuerſámque eſſentiam eſſe ſuſpicari. Si corpus cauſa eſt, eadẽ eius ratio conueniet. Si verò ex alicuius ſucci, vt ſiccitatis, vt humoris, vt caloris, vt frigoris abũdantia, vel defectione alterum altero valentius redditur, vt imprudentia prudentia: vnde, aut quomodo talis qualitatis dominatio quædam, quæ faciat vt intelligentia vel intelligendi difficultas in nobis abundet? A

Explicatio.

Acuminis intelligendi, & tarditatis cauſam nonnulli eſſe expoſuerunt, elementorum ex quibus corpora noſtra conſtant, aptam & non aptam temperationem, partiúmque earum quæ inſtrumentorum vim obtinẽt, aptam compoſitionem: iíque harum rerum cauſas rectè videntur attuliſſe. Sunt enim nonnulli, qui in adoleſcentia aptum animum habent ad pariendas & accipiendas rerum notitias: in ſenectute autem in contrarium mutati, in intelligendo ignaui fiunt, quod in eis ſatis argumenti eſt, aptam aut non aptam temperationem cauſam eſſe huiuſmodi communionis. Similíque modo ij qui ſupra modum magno ſunt capite prædìti, qui graui capite homines dicuntur, quòd aptam rationem ad cæteras corporis partes non ſeruent, propter paruitatis aut magnitudinis exuperantiam, non eam vim natura habent, vt procreare & percipere animi ſenſa poſſint. Alij autem ſunt etiam celeres & propenſi ad eas res percipiendas & cõprehendẽdas, quæ natura conſtãt, Dei quóque conceſſu & munere, vt illud declarat, Deus dedit Salomoni laxum & capacem animum vt arenam quæ eſt in litore maris. & vt illud, Quibuſdam conceſſus eſt benignitate Spiritus ſermo ſapientiæ, aliis ſermo ſcientiæ. B C

Quæſtio 107.

Si ab iis qui à vera religione abhorrent, fallendi ſtudio inuenta ſunt carmina & cantica, iis autem qui lege tenentur, inducta ſunt propter mentis infantiam, cur ij qui gratiæ perfecta munera & ab iis modis qui expoſiti ſunt, aliena acceperunt, in templis eorũ imitatione qui in lege pueri ſunt & infantes, canticis vſi ſunt? D

Explicatio.

Canere non omnino pueros decet, ſed canere cum inanimis inſtrumentis & cum ſaltatione & crotalis. Itaque ex templis exploſus eſt & ſublatus vſus inſtrumentorum eius generis, aliorúmque quæ pueris digna ſunt; relictúſque eſt & retentus cantus omnino. Mouet enim animũ ad ardentẽ cupiditatẽ eius rei, quæ in cantibus delectat: ſedat motus qui ex carne excitãtur: cogitationes vitioſas, quę ab hoſtibus qui non cernũtur inſerũtur, depellit: irrigat animum ad ferendum fructum diuinorum bonorum: fortes ad patientiã in aduerſis rebus religionis cultores atque pugiles efficit: piis curationem adhibet moleſtiarum quæ in rebus ad mundum pertinentibus verſantur. Hoc Paulus gladium Spiritus nominauit, quo aduerſus hoſtes qui nõ vidẽtur accingit & armat milites veræ religionis. Dei enim verbum eſt, quod dum & cogitatur & canitur & reſonat, dęmones fundit & fugat E

A & fugat. * vim habent perficiendi animum virtutibus religioni conſentaneis,dum canticis eccleſiaſticis in religionis cultoribus oriuntur.

Quæſtio 108.

Si veniam non voluntaria oratio allicit, vt ex ſcriptura intelligimus, cur Iudæi qui olim fuerunt,& Chriſtum ignoratione imprudentiaque in crucem egerunt, plurimis iiſque intolerabilibus ſuppliciis affecti ſunt, quemadmodum in libris de Expugnatione Ioſephus exponit: ij verò qui nunc Chriſto non credunt, & à patria expulſi,in omnem terram diſperſi ſunt, Gentibúſque in ſeruitutem ignominioſam dediti ſunt, vt res B ipſa clarius quàm columnæ clamat. Vtrorumque autem Chriſtus ignorationem commendat aliàs his verbis, Pater, ignoſce eis, neque enim ſciunt quid faciant: aliàs Apoſtolus his, Si enim cognouiſſent, nunquam Dominum gloriæ in crucem ſuſtuliſſent. Atque hæc quidem de Iudæis qui olim erant. De iis autem, qui nunc ſunt, Teſtis enim, inquit, eis ſum, eos ſtudium Dei habere,ſed non ex ſcientia.

Explicatio.

Cùm ignoratio non voluntaria ignorantibus pro ſcientia ducitur, tum negatio adhibito iureiurãdo rei quæ imprudentia facta eſt,ſcientiam eſſe reuera declarat, aut errore & imprudentia. Si autem demonſtrata C ſit ſcientia quæ habetur, ex euentu, quæ rei ignoratio eſt, & in eadem ignoratione is qui ignorauit permaneat, nullam veniam allicit, ſed ſupplicium ſine recuſatione. Iudæos verò ita Chriſtum in crucem egiſſe, vt eum cognoſcerent * haberent Deum in eius cæde, omnibus ferè perſpicuum eſt. Neque enim eum cruci ſuffixiſſent, ſi exploratum habuiſſent, eum à Deo poſt mortem excitatum iri à mortuis. Excitatus autem à Deo ab inferis, docuit eam Iudæorum de Chriſto cognitionẽ, quæ haberetur,reuera eſſe ignorationem.Quoniam igitur poſteà quàm à mortuis Chriſtus excitatus eſt,conſtitítque nec Deum cum Iudæis in Chriſti morte conſpiraſſe, nec CHRISTVM non excitatum in morte maD nere, vt ij qui eum in crucem egerunt ſperabant, & præthereà Iudæos in perfidia perſtare: idcirco venia digni non erant. Nam redimere eius reſurrectionem, eámque pro furto habere, & vetare ne Apoſtoli eius nomine diuina opera quæ vi Spiritus ſancti fierent, efficerent: non eſt ignorationis non voluntariæ quæ veniam attrahat,ſed notæ theomachię quæ & voluntate ſuſcepta eſt, & ſupplicium pœnámque deſyderat. Si enim Chriſtum Iudæi cruci ſuffixerunt, quòd ſperarent fore, vt eius diſciplina non valeret nec dominaretur, nec Iudæorum tolleretur religio: quid afferri poteſt, quin ſpes quæ in vtroque eos fefellit, tollat eorum E de Chriſto ignorationem non voluntariam? Illud autem, Pater, ignoſce ipſis, non enim ſciunt quid faciant, dictum eſt hoc in ſenſu, Nam cùm ſciant me à ſe imprudentia actum eſſe in crucem, & petant veniam ſcelerum ſuorum, eis dato. Neque enim venia ei datur, qui peccatum ſuum non peccatum eſſe, ſed virtutem eſſe arbitratur. Quódque

Paulus ait, Teſtis eis ſum,in eis eſſe in Deum ſtudium , ſed non ſcientiæ A conſentaneum : molliter dixit , orationis demiſſione , & vt ita dicam, condeſcenſu , infirmus infirmis factus , vt ex dicto illo, infirmos ſeruaret.

Quæſtio 109.

Si Deus reſurrectionis munus mortuis omnibus daturum ſe eſſe pollicitus eſt , futurúmque eſt vt omnes qui ex ſepulchris excitabuntur, ſe ſiſtant iudici , quónam modo illud eueniet , Iudicare Dominum viuos & mortuos ? Quomodo autem mortui iudicari poterunt , quorum & corpora in ſepulchris ſita ſint, & animi ſeiuncti à corporibus ? B

Explicatio.

Non omnes, inquit , dormiemus . Iudicabit ergo viuos quidem , id eſt eos qui tum viuent, mortuos autem eos qui à mortuis excitabuntur: Venit,inquit,hora,& nunc eſt,cùm omnes qui in monumentis ſunt, vocem filij Dei audient,& ibunt ij qui bona egerunt, ad vitæ reſurrectionē, qui mala, ad reſurrectionem iudicij. Spectanda igitur fuit rei, vt ita dicā, poſsibilitas ex fide auctoritatéque orationis,non ponenda rationis aliena quæſtio.

Quæſtio 110.

Si iis qui patrem,aut matrem,aut liberos,& quæ ſequuntur, deſerunt, C centuplū Dominus daturū ſe eſſe promiſit,num etiā mulieres centū tales homines recipient ? Quî autem fit , vt cùm multi qui ea quæ enumerata ſunt præcepto parētes reliquerit,atq; in paupertate & in ſolitudine mortui ſint,non falſa ſit talis promiſsio ?

Explicatio.

Vt patres & matres , fratréſque ac ſorores vocat eos , qui neceſsitudinis ſtudio ducti CHRISTVM deligunt & aſſumunt , relictis matribus, fratribus atque ſororibus : ſic mulierem appellat eam natura vxorem , cui in tempore cùm CHRISTI nomine aliquid relinquendum & contemnendum erat , curæ fuit is qui ipſam deſtituit. Domini autem CHRISTI Eccleſia, quæ principio Chriſtianæ prædicationis ab D hoſtibus ſuis Gentibus & Iudæis diu exagitata & rapinis bonorum oppreſſa eſt , quónam pacto & iis in bonis quæ ſpiritualia dicuntur , & in hominibus tantam quantam cernimus acceſsionem accepiſſet , niſi diuina viuáque vox conſeruatoris quæ multis partibus plura pollicetur, ei etiam exoluiſſet ? Aut vnde locupletes & viri & mulieres facultates ſuas in ſolitudinem ferentes , anachoretas qui illic erant , quæſierunt , eíſque ea quæ opus erant, ſuppeditauerunt , quemadmodum ex antiquorum virorum ſanctorum hiſtoria cognouimus, niſi Chriſtus promiſſum ſuum per eos exoluiſſet?

Quæſtio 111. E

Si reſurrectionis corporū cōfirmādę cauſa Apoſtolus in Epiſtola ad Corin thios

A thios exemplo à ſeminibus ſumpto vt apto & accommodato vſus eſt, quomodo ij qui diuiduntur vel exuruntur excitabuntur, cùm ſemina poſt inciſionem ſiue diuiſionem, aut incendium non germinent, ſed funditus intereant?

Explicatio.

Quia natura ea efficit quæ ex ſeminibus oriuntur, vt quæ ab opifice certi modi vim acceperit, neceſſe eſt apta eſſe ſemina ad ea efficienda quæ ex ipſis naſcuntur. Itaque ſi comburantur, aut diuidantur ſemina, natura ad eorum quæ ex eis gignuntur effectionem inutilia redduntur.

B Deus autem vim menſura definitam non habet: ob eámque cauſam nihil eſt eorum minùs accommodatum ad ea efficienda omnia quæ velit: nec diuiſio vel exuſtio corporum obſtat, quò minùs ea excitet. Neque enim Deus naturæ lege aut modo operatur, ſed arbitrio voluntatis, quæ nihil requirit ad ea efficienda, quæ vult facere. Vſus eſt autem Apoſtolus exemplo ſeminum confirmandæ mortuorum reſurrectionis gratia, vt ex analogia reſurrectionis rationem confirmet & probet hoc modo, Vt de ſeminis germine non diffidimus, cùm naturam ſeminis quod in terra mortuum eſt, & ex ſe gēmas edidit: ſic mortuorum reſurrectionem fore dubitare non debemus. Deus enim qui naturæ eam vim dedit, vt per ſemen

C germen edat, multò magis ipſe à morte eos qui migrarunt à vita, poteſt excitare.

Quæſtio 112.

Si regnum Iſraëliticum, gloriam, voluptatem, & requietem terrenam Apoſtoli eſſe putauerunt, quemadmodum nonnullis placuit, cur Dominus ab eis de illo interrogatus, non ſolùm eos non correxit, ſed eorum etiam prætereà ignorationem perſtrinxit, his verbis, Non eſt veſtrum ſcire tempora, vel momenta quæ Deus poſuit in ſua poteſtate. Hoc autem reſponſum, illorum confirmat interrogationem.

Explicatio.

D Hoc etiam vnum eſt ex iis, quæ ante aduentum Spiritus ſancti ſciri & intelligi non potuerunt ab Apoſtolis, ex illo loco, Multa habeo vobis dicere, ſed ea nunc portare non poteſtis: cùm autem venerit veritatis Spiritus, ipſe vos ducet ad omnem veritatem. Poſteà verò quàm illud à Spiritu ſancto didicerunt, Ventrem & eſcam Deus tollet, à Iudaica opinione traducti ſunt in cogitationem & intelligentiam eorum qui excitabuntur à mortuis ſtatu dignam, in quo nec cibo locus eſt, nec potui, nec nuptiis, ſed ſimiles paréſque angelis erunt reſurrectionis filij. Illud igitur, Non eſt veſtrum noſſe tempora vel momenta quæ pater poſuit in ſua poteſtate, non confirmat eos qui interrogant, in ignorationis ſententia,

E ſed dubiam vtramque reddit & eam quæ de tempore eſt, & eam quæ de modo eorum qui interrogarunt, opinionem. Exponit etiam Paulus ſtatus illius modum his verbis, Regnum Dei non eſt cibus & potus, ſed iuſtitia, & pax, gaudiúmque in ſancto Spiritu.

A ctionis noſtræ eſt ſignificatio, qua Chriſti benignitate,& à peccatis,& á
morte,quæ ab illo interfecta eſt, liberati ſumus. Hæc autem conſue-
tudo ab Apoſtolorum tempóribus cœpit,quemadmodum ait beatus Ire-
næus martyr & Lugdunenſis pontifex, in libro de paſcha, in quo men-
tionem etiam pentecoſtes facit, in qua genu non flectimus, quòd eo-
dem loco habenda ſit, quo dominicus dies,ob eam cauſam, quam de eo
diximus.

Quæſtio 116.

Si Dominus cùm ex monumento excitatus eſt, linteos in ſepulchro reli-
B liquit,cur eum poſt reſurrectionem aut nudum viſum eſſe,aut aliunde ve-
ſtem accepiſſe ſcriptura non expoſuit?Si verò aliunde amictum non ſum-
pſit, neque nudus iis qui eum tum videbant,apparebat,quomodo verum
eſt,eum in ſepulchro veſtes reliquiſſe?

Explicatio.

Veſtes quidem conſeruatoris, poſteà quàm in crucem ſublatus eſt, mili-
tes diuiſerunt. Eæ autem quæ cum eo in ſepulchrum iniectæ ſunt, non
erant aptæ ad * Eas verò quibus amictus erat poſt reſurrectio-
nem Dominus, vel fecit, vel aliunde accepit, vt etiam pullum ſedendi
cauſa mutuatus eſt. Vtrumque enim poterat, & conficere, & aliunde ſu-
C mere. Quoniam autem multa ſunt quę dixit,quorum diuina ſcriptura hi-
ſtorias non complectitur, neceſſariò etiam veſtes quibus poſt reſurrectio-
nem amictus eſt * conſentaneum eſt ex omnibus quæ * eius quod
narratum non eſt, cauſam quærere, non * ponere quæſtionem de
Domini tunica, quę literarum monumentis prodita non eſt:ſed ex illius
poteſtate,fidem de illius veſtimentis ſumere.

Quæſtio 117.

Si craſſum corpus occluſis foribus impeditum habet tranſitum,quomodo
poſt reſurrectionem ad diſcipulos occluſis foribus Dominus introiuit?
Quòd ſi verum eſt, corpus occluſis foribus intus viſum eſſe, quomodo
D ſaxum quod in monumento poſitum eſt,ab angelo ſublatum fuit propter
eius corporis reſurrectionē?Si verò vera eſt ſcriptura,quę clauſas fores fuiſſe
dicit, perſpicuum eſt,nō corpus intraſſe,ſed ſpiritum. Quòd ſi corpus aliàs
corpus erat,aliàs ſpiritus fiebat,quî fit,vt ea quæ eſſentiæ corporis ſunt,nō
mutata ſint?

Explicatio.

Vt Dominus non corporis in ſpiritum mutatione in mari ambulauit,ſed
diuina vi ſua mare quod ambulando traiici non poteſt, peruium fecit,
non ſolùm corpori ſuo,ſed etiam Petri:ſic diuina ſua vi,& ex monumento
exiit, cùm ſaxum in monumento poſitum eſſet,& ad diſcipulos ingreſſus
E eſt occluſis foribus. Non enim eius reſurrectionis cáuſa ſaxum ablatum eſt,
ſed vt iis qui cernebant, reſurrectio oſtenderetur. Nam in monumento
ſepulturæ quidē eius veſtes cernere, eum autem non cernere, indiciū eius
reſurrectionis certiſsimū extitit.Hoc autē nobis intelligendū eſt,ea quę idē

efficiunt,eandem fidem habere & authoritatem cùm conceduntur,& cùm negantur. Idem autem poteſt, ambulare in mari cum immutabili corpore,quod occluſis foribus in immutabili corpore ad apoſtolos ingredi. Illud quoque intelligere debemus,ea quæ naturæ vim ſuperant,cùm in natura diuina vi fiunt,non poſſe ratione naturæ exhiberi. Itaque exterritis ob talem introitum diſcipulis, permiſit vt ſui corporis partes & loca,quæ pertulerant, tractarent,quòd non corporis in ſpiritum mutatione ad eos intraſſet,ſed cum corpore,quod craſsis partibus conſtabat, diuina ſua vi,quæ effectrix eſſet eorum, quæ vim naturæ ſuperant. A

Quæſtio 118. B

Si Deus cùm feciſſet omnia quæ natura rerum complexu ſuo continet, vniuerſi dominus conſtitutus eſt: (Itaque Dauid in omni loco dominationis ſuæ Dominum laudare nos iubet: ſimiliq; modo Apoſtolus iubet nos in omni loco ſanctas manus ad Deum tendere) cur nos vt præclarum opus & diuinum domicilium ſolis patriam & ſedem exiſtimantes,tum illã intuemur cùm laudes Deo tribuimus & eum precamur? A quibus etiam Chriſtiani hunc morem traditum acceperunt?

Explicatio.

Quia eorum quæ apud nos ſunt meliora atque præſtantiora ad Dei honorem ſecernimus,hominum autem opinione & ſententia ea pars in qua ſol oritur,cæteris creatæ naturæ partibus præſtantior eſt, orietem cùm precamur omnes intuemur. Atque vt dextra manu Chriſti nomine eos qui crucis ſigno obſignandi ſunt,obſignamus,quòd lęua habita eſt pręſtantior, quanquam ſitu,non natura ab ea differat:ſic oriens vt quę pars ſit in natura creata præſtantior, ad Dei venerationem cultúmque ſecreta eſt. Nec verò mos & conſuetudo quam ſeruamus cùm orientem ſolem ſpectantes precamur, cum verbis prophetę aut Apoſtoli pugnat. In omni enim loco oriens ſol ſeſe offert precantibus: quoniámque quam in partem cernendi ſenſum conuertimus,in ea adoramus, nec fieri poteſt,vt precum tempore quatuor cæli partes intueamur, vnam orbis partem intuentes,veneramur & adoramus,non quòd ſolum Dei opus ſit,nec quòd ea pars Deo ad habitandum ſecreta & conſtituta ſit, ſed quòd locus ſit venerationi & cultui qui à nobis Deo adhibetur conſtitutus. A quibus autem Eccleſia precandi morẽ accepit,ab iis etiã vbi precandũ ſit,accepit,id eſt, à ſanctis Apoſtolis. C D

Quæſtio 119.

Si nec arborum fructibus, nec carnibus homines qui ante cataclyſmum extiterunt, quemadmodum nonnulli ex patribus docuerunt, veſcebantur, cur Abel ex opimis ouibus quas paſcebat, & Cain ex terræ frugibus quas colebat,ſacrum faciebat & offerebat? Hoc quidem perſpicuum eſt,vtrumque eorum quòd Deum ſuo cibo anteferret, huiuſmodi ſacrificium adhibuiſſe. Quòd ſi ea quę eis inutilia erant,Deo offerebant, quid afferri poteſt, quin tali ſacro id quod ſemper eſt, contumeliis afficerent? Gratiam enim iis rebus quę & ipſis nullum detrimentum afferebant,& ridiculę erãt, referebant. Quomodo igitur Cain quidem ſacrum repudiatum eſt, Abel E

autem

A autem munera religioſa gratáque fuerunt?

Explicatio.

Beatus Apoſtolus patrum pater, veræque religionis author, ſcribit his verbis, Quis vitem ſerit, nec ex eius fructu edit? Quis gregem paſcit, nec edit ex lacte gregis? pro, nemo. Quòd ſi nemo, perſpicuum eſt, nec Abel pauiſſe gregem ouium, quin ex gregis ſui lacte ederit, nec Cain excoluiſſe terram quin ederit ex eius frugibus & fructibus. præterea ſi nulli vſui erant Cain terræ fruges atque fructus, cur Deum colebat deterioribus, pręſtantioribus autem digniorem ſe eſſe quàm Deum iudicauit? Ita-
B que eius ſacrificium repudiatum eſt, quòd fructus terræ nullum ad vſum ſuum requireret. Quòd ſi Abel pluris Deum quàm vſum ſuum æſtimauit, Cain autem pluris vſum ſuum neceſſarium quàm Deum fecit: perſpicuum eſt, vtrumque cultum quem labore ſuo paraſſent, deſyderaſſe.

Quæſtio 120.

Si veram firmámque Dei excitationem nonnulli exiſtimauerunt, boníque & mali ea digni fore creduntur, cur Paulus eos qui geſſerint ea quæ vetantur, exhæredes eſſe cenſuit his verbis, Nec ſcortatores, nec adulteri, & qui ſequuntur, regni Dei adibunt hęreditatem?

Explicatio.

C Regnum Dei ſolita eſt diuina ſcriptura appellare, non reſurrectionem omnino, ſed ſtatum qui reſurrectionem excipiet, in quo eorum qui pœnas dabũt, & eorum qui gloriam cõſequentur, fiet diuiſio & ſecretio, quòd Deus, vt inter omnes ſine controuerſia & dubitatione conſtat, eos qui gloria afficientur, gloria affecturus ſit, ſupplicióque eos qui pœnas dabunt. Audiẽt, inquit, vocem Dei filij ij qui in monumentis ſunt, & exibunt qui bene vixerint, ad reſurrectionem vitæ, & ad reſurrectionem iudicij qui malè vixerint. Diuiſa eſt igitur in vitam & iudicium reſurrectio pro bonorum malorúmque differentiis. Latiùs enim patet reſurrectio, quàm Dei regnum, quandoquidem reſurrectio bonos & malos, regnum autem Dei ſolos bo-
D nos complectitur.

Quæſtio 121.

Si anathematiſmum tantum in rebus abſurdis & vetus & nouum teſtamentum intelligit, cur beatus Petrus in paſsione Dominum negans, ſe deuouere cœpit? quæ verò vtriuſque differentia eſt, id eſt, anathematiſmi & catathematiſmi? quid vtrumque declarat?

Explicatio.

Anathema dicitur id quod reconditum & ſecretum eſt Deo, nec iam ad communem vſum ſumitur, aut quod virij culpæque cauſa à Deo abalienatum eſt, Catathema autem eſt, aſſentiri iis qui anathematizant, id eſt, di-
E ris ſe deuouent.

Quæſtio 122.

Si horis & diebus noſtræ res non continentur, cur in nuptiis Chriſtus hoc dixit? Nondum venit hora mea. & euangeliſta, Nemo in eum manus iniecit, quòd nondum eius hora veniſſet.

A ponunt ſui,quaſi præmiis afficere. Quæ enim in morte bonorum inſunt,
in iis non eſt virtutis prēmium. Atque vt boni ex hoc mundo non eſſe di
cuntur, ſic terrena non ſunt eorum & gloria & diuitiæ. Cùm ergo bo-
nis accidere & euenire cernimus quę etiam improbis eueniunt,cogitemus
ex eo bona quæ hîc ſunt non eſſe digna virtutis laboribus. Quòd ſi Deus
videtur hominibus interdum nonnullos ex iis qui in ipſius amore acquie-
ſcunt, veluti Ioſeph & Dauìdem extuliſſe, non tamen hoc fecit, quòd
eorum virtutibus hæc tanquam præmia tribueret, ſed quòd & per Ioſeph
Iſraëlitici generis amplificationem fore prouidiſſet, & per Dauidem ſpiri-
B tus regnum conſtituiſſet. Boni autē à malis iis bonis & malis quæ ad cor
pus pertinent & materia conſtāt,non differunt. Vtriſque enim eueniunt,
omnia & quæ ſenſus ſuauitate mouent,& quæ aſperitate offendunt. Sed
differunt primùm ſpe futurorum bonorū,iiſque malis quæ religionis vir-
tutiſq; cauſa perferuntur:deinde diuinis auxiliis,in quibus ſæpe Deus ſuos
illuſtrēs,admirationéque dignos reddidit,interdum Ægyptiorum potentiā
euertēs,interdum Chananæos in Iſraëlitarū ditionē redigēs,aliàs Aſsyriorū
audaciam reprimens,aliàs Babyloniorum regnum delens,nonnunquā ſoli
& curſum & inſtitionem imperans.Atque in his quidem Dei elucet pro-
uidentia,illis autem eò præparat bonos,vt aliam vitam intueantur & ſpe-
C ctent,in qua bonorū ac malorum ex gloria & ignominia fit diſtinctio.

Quæstio 125.

Si par pari referre,id eſt,malum pro malo reddere,aut maledictum & con
uicium pro conuicio Paulus vetuit:cur ipſe contrà quàm dixit, fecit,cùm
aliàs pontifici,aliàs Alexandro fabro ærario malè precatus eſt?

Explicatio.

Si Paulus viciſsim pulſabat pontificem,qui ſe pulſauerat, aut Alexandrum
qui ipſum malè habuerat,vexabat,eum contra præcepta ſua feciſſe licebat
dicere. Dicere autem ea quæ cuique à Deo euentura ſunt,pontifici his ver-
bis,Feriet te Deus paries dealbate:Alexandro autem his,Reddet ei Domi-
D nus in illo die:nec maledictum eſt,nec conuicium,ſed Apoſtolo qui ſe nō
vlciſcitur,ſed dat iræ locum,dignæ prædictiones.

Quæstio 126.

Si bonis ac piis Deus refert gratiam ſplendore & claritate quæ in hac vita
verſatur,vt Abrahamum,Iſaacum,& Iacobum,eorúmq; liberos ac poſteros,
diuitiis,multitudine liberorum,fructuúmque & frugum vbertate,vnde e-
tiam ſimilia Gentibus ſuppetebant,tum cùm idola,id eſt, ſimulachra vbi-
que colebant?Quid autem cauſæ eſt,quin Gentium ſuperſtitio oſtendatur
declaretúrque ſanctior,cùm quandiu ciuitates & Reſp.occupauit,& vrbes
ſecundis proſperíſque rebus omnibus vſæ ſunt,& agri vberes fructus ex ſe
E tulerunt, atque id belli temporibus ſępius?Ex quo autem Chriſtiana prę-
dicatione imbutæ ſunt,& ædium ruinam ſenſerunt,& incolarum cædem,
& reliquis vitæ commoditatibus caruerunt: vixque reliquias ædificiorum
quæ quōdam facta ſunt,retinentes,ſe aliquando vrbes fuiſſe declarant,ve-
teríſque abundantiæ,& nouę ſolitudinis vtraque religionē cauſam proferūt.

Explicatio. A

A domino Deo,qui facit vt ſol bonis & malis colluceat,pluítq; in bonos & malos,vtriſque claritas quę vitam corporis attingit,conceditur. Cuius enim vi mundus ortus eſt,eius etiam adminiſtratur prouidentia. Ergo vt iuſti ac boni cùm ſe animaduertũt laboribus qui pro religione perferũtur,vincere, æquari autẽ impiis rebus ad mundũ pertinentibus, vitam alteram expectẽt, in qua quędã erit & gloriæ & ſupplicij,& bonorũ ac malorũ,quemadmodũ iam dixi,diſtinctio & differentia. Obtinẽte autem Gentium ſuperſtitione extitiſſe & vrbiũ & agrorũ depopulationes,Babyloniorũ, & Aſsyriorũ, atq; Nineuæ, multarũ aliarũ nationũ declarat interpretatio: vtra verò vrbs tum B cùm Chriſtianorum religio vtrãque teneret,deſerta ſit,doceri non poteſt. Nec verò ex fœlicitate & copia domiciliorũ,& vrbiũ agrorúmq; vaſtitate ac ſolitudine intelligi planè poteſt meliorũ ſanctitas,quòd dominus Deus hæc talia ad vſum omnibus hominib⁹ prębeat,& detrahat:Sed meliorũ ſanctitas ex iis bonis quę cõſultò & volũtate ipſi gerũt,iudicatur. Homines antẽ dæmoniis immolabãtur,(Immolauerũt,inquit,filios ſuos & filias ſuas dæmoniis) Deóq; dignus cultus & honos rebus inanimis tribuebatur,tũ cũ Gẽtiũ error ſuperior fuit. Exploſæ verò ſunt & eiectæ huiuſmodi,vt ita dicã, impietates ſuperſtitionéſq; Gentiũ Chriſtianis dominantibus. Ex Chriſtianis ergo huius generis,cognoſcenda eſt ſanctitas & religio,nõ ex fertilitate & C frequentia & vrbiũ & agrorum ponderãda. Tandiu verò Chriſtianorũ religio his vicit,quãdiu ea dominãte minùs ac rariùs mundus bello vexatus eſt,quàm vexaretur tum cùm Gentium error ſuperior fuit.

Quæſtio 127.

Si id quod deletur,ab eo quod delet,interimitur & perit,& quod delet malicia ea quæ ſunt interitus,efficit, plurima autẽ inſunt eiuſmodi in iis quæ animata ſunt,ex omni genere eorũ quæ ratione nõ vtũtur:ab eíſque videre licet inſidias non ſolùm mutuas inter ipſa vltro citróque parari & fieri,ſed etiam hominibus:quomodo verus eſt,qui ait, Deum bona feciſſe omnia, & valde bona? Si verus eſt, bona autem & mala in creata natura ſunt, D quid cauſæ eſt,quin bona boni,mala mali opificis eſſe cognoſcãtur,duóque principia contraria,ratione Manichæorũ,declarẽtur? Si verò interitus eorum quæ delentur,boni alicuius cauſa exiſtit, ſicuti quibuſdam placuit, quid eſt quamobrem non melius fuerit principio ex nihilo in id quod eſt, eorum tranſitũ prohiberi? *Explicatio.*

Qui ex opificio eorũ quę animata ſunt,& eorum quæ ratione vtuntur,& eorũ quę eius ſunt expertia,de opifice quæſtionẽ eorũ naturæ conſentaneã ponit,is conſyderare debet naturã quę opificis lege mortalia omnia vt ad ortum,ſic ad interitũ rapit. Quòd ſi ita eſt,ex his quidẽ animalis à ratione ſumpta nõ eſt differẽtia,ſed indifferentiũ, quibus etiã idẽ datus eſt opifex. E Quę verò interitũ à mutuis inſidiis habẽt,is diuina prouidẽtia eis euenit. Si enim cùm obnoxia & oportuna ſint interitui tam ei qui eſt ſecundũ naturã,quàm ei quem inſidię afferunt,tamen non dubitarunt nonnulli ea in numerũ deorum referre, quãto magis id facturi fuiſſent,ſi nec nocere eis quicquam

A quicquam poſuiſſet vnquã,nec ipſa interire potuiſſent?vt igitur ex iis quæ
perferunt,quid ſint intelligeretur,id eſt,indigna eſſe Dei & honore & nõ-
mine,idcirco & natura & inſidiis * Animantiũ autẽ quę ratione nõ
vtuntur,partim ad vſum & miniſteriũ facta ſunt hominũ,partim ad alimẽ-
ta,partim ad correctionẽ,quemadmodum illud declarat, Dentes beſtiarũ
immittam in eos,cum furore in terra trahentium . Quòd ſi in bonis eſt,
hominem alij & veſci beſtiis,& ex eis commoditatem ſeruiẽdi capere, &
ab iis corrigi,bona eſt earum in lucem prolatio,nec culpanda eſt quòd ma-
la ſit eorum natura,malúſque vſus & commoditas quæ ex eis percipitur.
B Quod ſi eſt,perſpicuum eſt vnius opificis,qui ſit bonus,eſſe opificium o-
mnia animãtia quæ ſunt expertia rationis.

Quæſtio 128.

Si eam maliciam quæ expoſita eſt,hoſtis hominum ſalutis inuidia impul-
ſus in hominibus operatur,& efficit,quòd his conetur eos futuris ſuppli-
ciis tradere:beſtiæ autem futuro in ſeculo nec ſalutem adepturæ ſunt, nec
pœnas daturæ,ob eamq; cauſam habent * quid cauſæ eſt,quin ſola
naturæ malicia ea quæ mala ſunt,exerceant?

Explicatio.

Non eſt conſentaneum ob prauitatem actionis beſtiarum naturas crimi-
C nari.Eorum enim animantium quæ ratione vtuntur,eſt bene aut malè a-
gere,non eorum quæ ſunt rationis expertia. Quoniámq; ob eos vſus ne-
ceſſarios quos expoſui,beſtiarum natura condita eſt, perſpicuum eſt,cùm
ſit bonus vſus,bonã etiam eſſe naturam. *Quæſtio 129.*

Si ſimplex eſt id quod per ſe ac ſolum eſt,vt in literarum elementis veluti
iota concretum autem id quod eſt cum alio, vt pi, & quod eiuiſdem eſt
eſſentiæ vtrumque & iota & quod ex tribus iota concretũ eſt, nõ aufer-
tur id quod concretum eſt ex vtroque concreto:cur Deus non concretus
& compoſitus dicitur, cùm ex duabus perſonis quæ eiuſdẽ eſſentiæ intel-
ligũtur,Patris dico & Filij,vnaq; perſona, ſecretæ eſſentiæ ex eo quod fa-
D cilè ſuſpicionem affert,id eſt Spiritus ſancti,concretus ſit?cur etiam vnus
vocatur,& incircunſcriptus,cùm tanta talíſque ſit hypoſtaſeωn,id eſt,per-
ſonarum diſtinctio & diuiſio? *Explicatio.*

I & pi eſſentia inter ſe non differũt,litera enim vtrũq; eſt, & linea à linea
quatenus linea eſt, non differt: ſed iota à pi eo ſitu differt,quod illud io-
ta,hoc pi eſt:& pi quidem quatenus linea eſt,vnum eſt,quatenus autem
pi eſt,eſt tria,& concretum eſt,& ortum. ex parte enim & temporis pro-
ductione pi extitit,& in lucem prolatum eſt ab eo qui ipſum effecit. De-
bet ergo is qui ex naturali aliqua ratione ea quæ naturam ſuperãt,ſpecta-
re inſtituit,ea ſola ſumere,quæ ex ratione ei conueniant, quod ex ratione
E ſpectatur:veluti vnum & tres ipſi pi & Deo couueniunt,ſed ipſi pi γεννητῶς
cum origine & cõcretè,Deo autẽ ſine origine &incõpoſitè:id eſt,ingeni-
ti & incõpoſiti modo.Qui enim effectorẽ & coagmẽtatorẽ non habet,ne-
que ortus eſt,neq; concretus. Itaque in Deo æternã dicimus συνύπαρξιν: id
eſt,vt ita dicã,coexiſtantiã:non etiã cõpoſitionẽ.In pi autẽ cõpoſitionẽ cõ-

cretionémque dicimus propter eius originem,quæ partim & viciſſim extitit. Vnus eſt igitur Deus Trinitas eſſentiæ vnitate ſine vlla ea ex parte diuiſione & diſcretione,quemadmodum vnum eſt pi vnitate lineæ ſine vlla quæ ex eo ſit diuiſione & diſtinctione.Differentia verò & diſtinctio eſt in ſancta Trinitate ex modis quibus perſonæ exiſtunt,in pi autem ex modo ſitus lineæ & delineationis. *Quæſtio* 130. A

Si cælum quod Gentium ratione & ſententia ſphæra eſt, ſiue globoſum, & rotundum,in loco etiam mouetur,cur quod vt camera fixum eſt, aut inſtar pellis extentum,quemadmodum literarum diuinarum monumẽtis proditum eſt,cælũ in loco non eſt?Vt enim id quod motu cietur,ſic etiã quod fixum eſt in loco eſſe neceſſe eſt intelligi & putari. Si hoc eſt,quid afferre poſſumus,quin iure alij ab aliis ob cæli circunſcriptionem & delineationem condemnemur? Sin vtrorumque ſententia cælum eſt in loco, & vtriſque loci qualitas & quantitas ignota eſt: cur potiùs alteri alteros accuſare poſſumus ignorationis eorum quæ antè dicta ſunt,cùm ęquè in vtriſque ſit ignoratio? *Explicatio.* B

Si Chriſtiani cælum in loco eſſe negarent,quemadmodum Gentes negãt, pari ratione inter ſe accuſandi eſſent,quòd cælum in loco negent eſſe,& tamẽ verbis cęlũ in loco eſſe declarantibus inter ſe vtãtur.Nunc verò cùm fieri non poſſit,vt cęlũ ſphęra ſit,& ſphęrę ritu moueatur,& inſtar camerę, ac fornicis cõpactũ eſſe doceri poſſit: Chriſtiani ignorationis crimine cõdemnati iure nõ poſſunt. Quod autẽ ad eius locum attinet,de illo ex iis quæ hîc obſeruamus cõiecturam capimus.Vt enim hîc cùm eſt corpus aliquod rotundũ,quod ſit & ęquabile,& concauum,& vndique pari menſura teneatur, ſicubi in aqua collocetur,ab aqua ſuſtinetur: ſic etiam cęlum ab aquis ſuſtinetur. Qui extendit cęlum,inquit,vt cameram:cameræ nomine rotundum cæli corpus declarauit. Suſtinent igitur cælum aquæ, aquas terra,terram diuinus nutus. Qui terram,inquit,in re nulla ſuſpẽdit. C

Quæſtio 131.

Si euãgeliſtę Matthęus & Lucas Chriſti ex carne ortũ exponentes,ille eũ qui naturę,hic eũ qui carni cõſentaneus eſt ſcripſit,quòd ita Iudæorũ mos ferebat, qui quid afferri poteſt quin à Matthęo Lucas diſſidere doceatur: plures Chriſti parẽtes è lege,quàm ex in euãgelio ſuo cõmemoret,cũ cõtrà ſcribi ab eo debeẽt,proptereà quòd pauciores patres qui le iis qui ex lege ſint, neceſſe ſit intelligi?fieri enim poteſt, vt ex lege naſcãtur, * cùm naturalis pater filiũ procreauerit.Quomodo igitur,vt dixi, apud euangeliſtas * & Lucas qui pares,atq; adeò pauciores Chriſti parẽtes eos quos natura cõſtituit,iis qui lege cõſtituti ſunt,nominare debebat, plures nominare inuenitur?Si verò in ortus deſcriptione & ſecũ & inter ſe pugnãtia dicũt,quomodo in cęteris quę de Chriſto tradũt,idonei eſſe poterũt,quibus fides habeatur, cùm iam à principio librorũ ſuorum ad contradicendum impellant eum qui cum ratione religioni noſtræ dare nomen velit? *Explicatio.* D E

In expoſitione ortus quam Lucas tradit,Heli ſolus Ioſeph ex lege eſt pater: ab Heli

A ab Heli autem vſque ad Nathan qui ſubiecti ſunt filij, ſunt natura auorum eorum qui ſubiiciuntur, ea ratione quam ad Ioſeph habet Heli, qui Ioſeph quidem * ex lege, cæterorum autem omnium natura eſſe ducuntur. Hoc autem ita intellecto, omnis euangeliſtarum ob diſcrepantiam tollitur reprehenſio & criminatio, quæ ex falſa illorum verborum intelligentia ab iis qui falſò intellexerunt, iudicata eſt.

Quæſtio 132.

Si ex lege Moſaica frater eius qui ſine liberis mortuus erat, vxorem eius qui à vita migrauerat ac cipiens, ex ea liberos ſibi quidem natura, fratri
B autem ex lege procreabat: & is qui ſuperfuiſſet, caſu vxorē habuiſſet, tum cum hac ſimul etiam fratris demortui accipiebat vxorē: quod quid afferri poteſt, quin ſit abſurdum & alienum? Quòd ſi hæc etiam ſterilis fuiſſet, quid eſt quamobrem non præterquàm quòd abſurdæ, etiã inutiles nuptię inducerentur, & legis præſcriptio omni ex parte manca & inanis eſſe doceatur, cùm is qui è vita exceſſerat, memoria quæ liberorum procreationē procuratur, careret? Quod verò emolumentum, quémve fructum is qui à vita migrauerat, ex eo capit quòd alterius procreatione poſt mortem alterius filij pater nominetur?

C *Explicatio.*

Si lex non vetabat, ne Iſraëlitæ vxorem acciperent ſi vellent, non ſolùm cognatã & propinquam, ſed etiam captiuam & ſcortum, non eſt alienum nec incommodum, atque detrimentum affert vxorē cum altera accipere. * fratrem mortui, lege non ſublata. Omnis enim abſurditas, in legis violatione conſiſtit. Quòd ſi contingat, vt * at hoc certe incertum eſt * vxori, eo autem quod incertum eſt, non licet * legem contemnere. Lex autem hæc lata eſt, vt quæ mors ei qui à vita diſceſſerat, eripuiſſet, id eſt patris nomen & hæredem, ea illi darentur legis prouidētia. Si enim homines memoria & hæreditas ad nu-
D ptias inuitat, perſpicuum eſt, eam rem qua * Deus hortatus, vt hæc hominibus ſuppeterent, non eſſe inutilem. Ineſt autem huic lege alia etiam vtilitas quædam, vt hoc aſcititio coniugio hæres in eadem tribu maneat, neque in aliam tribum transferatur. Et quoniam mulier ſemel cum priore viro copulata vnum corpus effecta eſt, alterius filij is qui mortuus eſt pater non efficitur, ſed eius qui à ſuo corpore eſt procreatus. Vt enim is qui procreatus eſt ex hac copulatione, eius qui exceſſit è vita filius nominatur, ſic etiam mulier eius mulier dicitur.

Quæſtio 133.

E Si lex quam modò dixi, ante Dauîdem natum Iſraëlitis lata & præcepta eſt, cur Matthæus Euangeliſta naturalium patrum qui Dauîdem anteceſſerunt, eúmque ſequuti ſunt, mentionem fecit: Lucas autem patres natura qui Dauîdem anteceſſerunt, eos autem ex lege qui eundem ſequuti ſunt, commemorauit? Et ſi patrum eorum qui natura, & qui

ex lege erant,nomina,poſt migrationem in Babylonem,expreſſa in diuinis ſcriptis non reperiuntur,ſed negatione adhibita ſcripta ſunt, quomodo ea quæ negatione adhibita ſcripta ſunt * poterunt? A

Explicatio.

Lucas patrũ Heli qui natura ſunt,mentionem fecit, & eorum qui Dauidem anteceſſerunt,& eorum qui eum ſunt conſequuti. Heli autem vnus Ioſeph natura pater erat, qui filij ratione & appellatione quam lex conſtituebat, ad Nathan eadem ratione,& vt ita dicam, relatione reuocatur. Chriſtum porrò Ioſeph qui duos patres habuit, filium nominari diuina gratia voluit,alterũ quidẽ ex lege, vt cùm Chriſtũ Ioſeph quidẽ filiũ B eſſe audimus,ſed non ab eo natura generatum, ne alienum id nobis nouúmque videatur,alterum autẽ natura. Vt enim Ioſeph ipſe Heli quidem filius dictus eſt,ſed ab eo non eſt procreatus,quòd diuinæ legi ita viſum eſt ex Leui vxore Leui dare filiũ:ſic placuit Deo, ex Ioſeph muliere dare Ioſeph filium, quem natura non procreaſſet.Ioſeph,inquit,fili Dauid, noli timere accipere Mariã vxorem tuam. Quod enim ex aliqua muliere extra ſtuprum procreatur & paritur, neceſſariò eſt viri & mulieris filius: quo modo vult Deus dare filiũ viro,aut per concubitũ,aut ſine concubitu & copulatione. Nec verò euangeliſtæ vſi ſunt negatione, cùm eos commemorarunt quorum in ortus deſcriptione expreſſa ſunt nomina,ſed C ſcriptis hiſtoriis.Hebræi enim fuerunt ex Hebræis ſancti euangeliſtæ,qui ortus rationem ſcripſerunt:iíque diligentiã curámque magnam in eo poſuerunt,vt originis regiæ Iſraeliticæque tribus rationẽ tenerent.Ob eámque cauſam Eſdras poſt reditum à Babylone quorum in ſacerdotũ catalogo ortus cõmemoratos non inẽunit,eos à ſacerdotij munere excluſit,quod quidem ex libro Paralipomẽnon docetur.

Quæſtio 134.

Si Moſi Deus legem ad Iſraëlitas perferendam dedit, cur pluribus in locis diuinæ ſcripturæ,lex,non legiſlator Moſes nominatur?

Explicatio. D

Eſt hoc in more poſitum non modo hominibus, verùm etiã diuinæ ſcripturæ,vt eius qui librum ſcripſit nomine librũ appellet,quò faciliùs cuius liber ſit,intelligatur. Vt illud,Sedebat in curru Eunuchus, & Eſaiam prophetam legebat. Et rurſus,Abominatio,inquit, ſolitudinis quæ à Daniele propheta ſcripta eſt.Eodémque modo nos ſolemus dicere,Emi Hieremiam prophetam,aut Apoſtolum.

Quæſtio 135.

Si verus eſt Chriſtus, qui actionẽ & appellationẽ per diuinam ſcripturam docet & demonſtrat, Emmanuelem autem Chriſtum diuina ſcriptura appellari voluit:quî verus Dominus habebitur,cùm poſteà quàm ortus eſt, E nuſquàm Emmanuelis nomen probauerit? Nemo enim Chriſtũ cùm venit,Emmanuelis appellauit nomine.

Explicatio.

Si in euangelicis expoſitionibus diuinarum de Chriſto prædictionum

euentus

A euẽtus cõtinetur: tradidit autem nobis beatus Matthęus eũ eſſe qui diuina prędictione prępfinitus ſit, vt Emmanuelis nomine appelletur: quidni Emmanuelis vocetur nomine? Nec verò deſiit aut intermiſit ſãcta Dei Eccleſia * ex ſancti euangelij doctrina Emmanuelẽ Dominum vocare. In Chriſti autẽ nomine reliquas omnes Chriſti appellationes comprehenſas & contentas habemus, etiamſi non omnibus ſemper vſi ſimus. Neque enim quia Emmanuel vocatur, eſt: ſed quia eſt, vocatur.

Quæſtio 136.

Si diuina ſcriptura ne parẽtes negligantur & repudiẽtur vetuit, & qui eorum quæ vetuit fit particep, s peccator nominatur, quomodo Chriſtus qui B in diuerſis locis parẽtes contẽpſit & neglexit, à peccato abhorrere oſtenditur? Nam & in nuptiis, ex eo quod matri ait, Quid mihi & tibi, mulier? eam obiurgauit: & cùm eum mater videre voluit, matrẽ & fratres eos qui volũtati ſuæ parerẽt, appellauit: & cùm aluus quę eum portaſſet beata diceretur, & mãmæ quas ſuxiſſet, beatæ: ipſe eos qui Dei volũtati præceptíſque obtẽperarẽt, beatos eſſe dicebat. quæ quidẽ omnia per matris contumeliã ab eo dicta eſſe exiſtimantur, quòd cùm ipſius mater nominata ſit, & beata appellata, ad eius diſtinctionẽ alios beatos eſſe dixerit: perſpicuum C autẽ ſit, eam diſtinctionem quæ contrà adhibeatur, in rebus contrariis intelligi: præſertim cùm ſi ad ſanctę virginis diſtinctionem dixit, quam ad tãtæ, vt ita dicam, diſpenſationis officium delegit, quî fiat, vt indigna beatitudine ex iis quæ dicta ſunt, habita ſit & iudicata? Si verò ea quæ dicta ſunt, inter ſe ſunt cõtraria: quomodo nõ ea quę ſunt inter ſe catraria mutuam euerſionẽ accipiunt? *Explicatio.*

Illud, Quid mihi & tibi rei eſt mulier? non obiurgandæ matris cauſa, à cõſeruatore dictum eſt, ſed vt hoc declararet, Ne nos dicãt eos eſſe, qui nobis vinum in nuptiis conſumptũ curæ eſſe polliciti ſimus: tamen abũdantia amoris ſi vis ne eos vinũ deficiat, dic miniſtris, vt ea quę iubeo, faciãt: D tú nque experiere, vinũ eis non defuturum. quod etiam factum eſt. Non igitur verbo matrẽ obiurgauit, aut caſtigauit, quamre honorauit. Aliis autem in verbis non matrem debito honore fraudat, ſed docet qua, vt ita dicam, ex maternitate virgo ſit beatiſſima. Si enim is qui verbum Dei & audit & ſeruat, Dei eſt & frater & ſoror & mater, quorũ vtrumque in eius matre inerat, perſpicuum eſt, matrem ipſius ex hac matris ratione beatã dici oportuiſſe. Audire enim Dei verbum & cuſtodire, virtutis eſt, mundíque animi, qui totus Deum intuetur. Et quoniam non qnamuis mulierem Deus delegit, quæ Chriſti mater fieret, ſed quæ cæteras mulieres virtutibus anteiret, idcirco etiam Chriſtus ab ea virtute matrem ſuam beatam dici volebat, ex qua digna habita eſt, quæ virgo mater fieret. Chriſtum autem E intelligi nihil feciſſe vſquam per parentum ignominiam aut negligentiam, Lucas euangeliſta declarat his verbis, Deſcendit & abiit Hieroſolymis Chriſtus cum Maria & Ioſeph, eiſque ſubiectus erat, & obediebat.

Quæſtio 137.

Si Dominũ Maria antè quàm ſepultus eſſet, vnguẽto perfudit & inunxit: nos autem eius & paſſionis & reſurrectionis in baptiſmo ſignificationes

perficimus,cur primũ oleo inungimur,deinde cùm ea quę antè dicta ſunt, A
in piſcina expleuimus,vnguento poſteà perfundimur,neque hæc nos prępoſtero cõtrarióq; ordine iis quę in Chriſto facta ſunt,facere exiſtimamus? Siquidem primùm Chriſtus vnguento inunctus eſt,deinde mortem pertulit.Quid autem cauſæ eſt,quin ſuperuacanea olei perfuſio iis qui baptizandi ſunt,adhibeatur ? Si quidem ſolo vnguento Dominus in paſſione perfuſus eſt.

Explicatio.

Quoniam quę facit * ad ſepulturam poſt mortẽ eius qui ſepelitur facit, beata autem Maria Dominum ante mortem inunxit, quemadmodum illud declarat,Quod fecit hæc,ad ſepulturam meam fecit. Præuênit enim vngere corpus meum.Illud enim verbum,præuênit,poſitum eſt pro,ante debitum oportunúmque tempus corpus meum inunxit.Itaque in eo dicto nulla ineſtrepugnantia,ſed quod in Domino ante tempus factum eſt id in iis qui baptizantur fit debito oportunóque tempore.Inungimur autẽ veteri oleo,vt Chriſti,id eſt, inuncti ſimus . Vnguento porrò inungimur, eius memoriam recolentes,qui vnguenti perfuſionem ſepulturæ ſuæ cauſa fieri ducit, & figura quidem in hac vita , veritate autem in futura , vt participes fiamus & eorum quæ perpeſſus eſt Chriſtus,& eiuſdem glorię. B

χριστοί.

Quæſtio 138. C

Si iuſtus eſt is, qui de eo qui peccauit, pro iis ſceleribus quæ admiſit, ſumit ſupplicium: quomodo iuſtus Deus eſt,qui tantam populi multitudinem pro aliorum criminibus morte mulctauit?Dico autem peccatum eſſe à Ionatha & Dauide,ab illo quidem imprudentia,cùm mellis guſtatione ſoluit ieiunium:ab hoc autem,cùm temere populũ recenſuit.Quòd ſi quis illud afferat,eorum qui parent mortem ad eorum qui imperant ſuppliciũ pertinuiſſe,quid cauſæ eſt,quin iniuſtè faciat Deus, qui innocẽtes ſupplicio dedat? Aduerſaturautem ſcripturæ quæ ait, Anima quæ peccauerit, ipſa morietur.

Explicatio. D

Supplicium autem populi, acerrimum eſſe regum qui peccarunt ſupplicium, declarat ipſe beatus Dauid , petens à Deo vt in ſe & in familiam ſuam à populo cladem ſtragémque transferret. Eorum enim qui regibus parent diminutio,regni diſſolutio eſt . Eodémque modo Saül Ionatham filium interfecturus fuit , vt eius morte populi internecioni remedium afferret , niſi occupans populus ſe Ionatham non interfici paſſurum eſſe iuraſſet.Atque vt homo ex animo conſtat & corpore,ſic regnum conflatur ex rege & iis qui regi obtemperant.Vt etiam cùm homo ſcelere ſe cõtaminauit , ſi manu tergus eius feriatur,is qui eum ferit , non iniuriam facit:ſic Deus iniuſtè non facit,cùm populum ob regum ſcelera ſupplicio E
afficit . Vehementer enim populi clades reges ſolet angere, quippe cùm clades populi regni ſit ſupplicium.

Quæſtio 139.

Si Deus vnus eſt Deus,perſpicuũ eſt etiã id habere vt vnũ ſint omnia,veluti

A luti ſimplex vel cõcrerum,mortale vel immortale,genitũ vel nõ genitum, gignere vel nõ gignere.Quî igitur fieri poteſt,vt Pater cùm poteſt generauerit,filius nõ generauerit:Filius generatus ſit,Pater nõ ſit generatus,vnus Deus Pater,Filius &Spiritus ſãctus vocẽtur,ſi ex eo quòd generatus eſt,vel nõ generatus,&quòd generat vel nõ generat,in eũ repugnãtia cadere exiſtimetur?

Explicatio.

Si Deus eſt &extat trium hypoſtaſeωn diuinarũ,vt ita dicã,coexiſtentia, quæ inter ſe nõ eſſentia ipſa differant, ſed conſtãdi modis:conſtandi autẽ modorum diſsimilitudo & differentia id quod in eſſentia eſt non diuidit
B & diſtinguit:atq; vt in Adamo,& Eua, atq; Seth vna eſt quidem eſſentiæ ratio(animus enim ineſt rationis particeps,& mortale corpus) conſtandi autem modi diuerſi ſunt.Adamus enim ex terra factus eſt, Eua ex latere, Seth ex ſemine:& in diuerſis cõſtandi modis manet eadem ratio indiuidua & immutabilis:ſic etiam in Deo eadem perſonarũ eſſentia vnus Deus eſſe creditur Pater,Filius & Spiritus ſanctus.Nihil enim ad eſſenriæ rationem cõſtandi modus pertinet.Atq; in iis quidẽ quæ in tribus diuinis perſonis ſimili modo ſine mutatione dicuntur,vnitatẽ eſſentiæ intellige.Quę autem non ſimili modo dicuntur,ea intellige ex eo modo quo perſonę cõſtant.

Quæſtio 140.

C Si hæredem ſeipſum Chriſtus nominat,eum autẽ in violatione agricolæ id eſt,Iudæi agnouerũt,& cupiditate dominãdi agriculturę ſiue vineę ducti vt hæredem hæredem interfecerunr:cur Chriſtus ipſe Apoſtolúſq; Paulus eis ignorarionis ſceleris teſtes fuerunt, ille quidem his verbis, Ignoſce eis,non enim ſciunt quid faciant:hic autem his,Si cognouiſſent,nunquã Dominum gloriæ cruci ſuffixiſſent?

Explicatio.

Duobus modis ignoratio dicitur,Nam aut non volens & inuitus aliquis ignorat,cùm res quę ad cognitionem ducunt,non habet:aut volens ignorat,cùm res quidem quę ad cognitionem ducunt,ei ſuppetunt, ſed nõ vult
D cognoſcere. Hanc autem voluntariam ignorationem interdũ diuina ſcriptura ignorationem, interdum ſcientiã cognitionémque ſolet nominare: ignorationem quidẽ,vt cùm ait Chriſtus,Et me noſtis,&vnde ſum ſcitis, pro,poteſtis ex iis quæ facio ſcire & nominis mei,& verborũ meorum veritatem.Qui enim mendax eſt,hæc facere non poteſt.Ab agricolis autem cognitus eſt hæres quatenus eum omnibus hominibus in hac vita pręſtare ex iis quæ faciebat,& ex filij appellatione inrellexerunt,exemplo parabolæ,quæ rem oculis ſubiiciebat.Sed non intellexerunt fore vt poſt mortem à Deo excitaretur à mortuis,ad vitæ immortalitatem,omniúmq; hæredem eſſe inſtirutum,neque enim exemplũ parabolę hanc habuit ſigni-
E ficationem.Hãc igitur ignorationem Chriſtus intelligebat,cùm ait,Pater ignoſce eis,nõ enim ſciũt quid faciant.Similíque modo Apoſtolus,Si enim cognouiſſent,Dominum gloriæ non ſuſtuliſſent in crucem.

Quæſtio 141.

Si Chriſtus ſolus diuinam legem perfectè impleuit,quomodo in lege ſi-

ne reprehẽſione ambulabãt Zacharias & Elizabet, de quibus hæc Lucas A
teſtificatus eſt? & Paulus, quod attinet ad iuſtitiam legis, culpari nõ potuit?

Explicatio.

Aliud eſt quod reprehenſione caret, aliud quod peccare non poteſt. Qui enim peccare non poteſt, etiam omni reprehenſione caret: ſed non qui reprehenſione caret, etiam peccare non poteſt. Qui enim contra legem facit & peccat eo peccati genere cui datur venia, is & oblatione hoſtiarũ, & delicti redemptione remiſsione accepta, mundus efficitur, & à crimine liber fit ea iuſtitia quam lex efficit. Chriſtus autem in quem peccatũ non cecidit, quíque legem nõ violauit, nihil etiam fecit, quod emẽdationis & B
correctionis indigeret. Ioãnem verò eum qui ex eo Baptiſta dictus eſt, probauit, & ab eo baptizatus eſt, vt omnem virtutem iuſtitiámque expleret, quam Paulus antè quàm Chriſto crederet, nõdum acceperat: quãdoquidẽ Eccleſiam nõ exagitaſſet, nec perſequutus fuiſſet: idcirco Chriſtus ſolus ab omni peccato liber fuiſſe dicitur.

Quæſtio 142.

Si angelus homini præſtat, & ſcriptura deos homines appellat, cur nõ etiã angeli dij à nobis vocari debeant?

Explicatio. C

Angeli ij omnes, qui Dei locum obtinere viſi ſunt, aut cum hominibus loquuti ſunt, Dei etiam appellati ſunt nomine: vt is qui cum Iob & Moſe loquutus eſt. homines quoque Dij vocati ſunt. Vtriſque autẽ propter munus & officium quod eis delegatum & mãdatum eſt, datum eſt, vt Dei & locum obtinerẽt, & appellarentur nomine. Expleto verò munere, curatóque mandato, dij vocari deſinunt ij qui vſus alicuius neceſſarij cauſa Dei nomen habuerũt. Cùm enim angelo perfecturam populi mãdauit, de eo Moſi hæc dicebat, Noli eius authoritatem cõtemnere, propterea quòd nomen meum ei impoſitum eſt. Cùm autem iis qui præſunt iudicium populi credidit, hæc eis dicit, Iuſto iudicio iudicate, quia Dei eſt iudicium. Et rurſus, Ego dixi, Dij eſtis omnes & excelſi filij. Deos eos dicebat, pro, Vobis honorem meum, locum, & nomen dedi. Sic igitur pupulum iudicate, D
vt ſi ego iudicarem.

Quæſtio 143.

Si quod Deus eſt antecellit & ſuperat, quod autem homo eſt, cedit, infimúmque locum tenet, quid cauſæ eſt, quin homo præpoſtero ordine appellatus ſit Deus?

Explicatio.

Nec Chriſtiano, nec Gentili hæc digna quæſtio eſt Alterius autẽ ratione ad eos qui infimum locum tenent, nomen tranſlatum eſt, eius qui plus quàm ſummum obtinet, vniuſcuiuſq; ſententia. Atqui nõ ex iis quæ E
conceduntur, ſed ex iis quæ ambigua ſunt, ponenda eſt quæſtio.

Quæſtio 144.

Si Deus & hypoſtaſin extantem habet, & voluntatem quæ ineſt, & filiũ extantem, cur ex tot conflatus & concretus, ſimplex dicitur?

Explicatio.

A *Explicatio.*

Vt Deus vbique totus eſt,& totus in vnoquoque,& in ſe totus,eiúſq; rei fidem habemus:ſic tota eius ſimplicitas filius eſt, totáque filium habet, ac tota conſilium eſt, totáque habet conſilium. Neque enim more naturæ creatæ eſt Deus,vt eſſe in eo & habere in concretione, ſiue concreta intelligantur,quemadmodum * ſed vt natura extans,ſic & eſſe ipſum & habere omnem ſuperat concretionem.

Quæſtio 145.

Si ex quibus caro,ex iis etiam ſanguis conſtat,cur Deus vſum carnis animantium
B concedit,perceptionem autem cum ſanguine vetat,his verbis, Sed carnes,inquit,cum ſanguine non edetis?

Explicatio.

Vt hac etiam re nos Deus à beſtiarum ſimilitudine ſecernat & ſeparet, quæ vnà cũ eſu carniũ etiam ſanguinem lambũt eorum,quorum carnibus veſcuntur.

Quæſtio 146.

Si Deus in iis quæ verum euentum habuerũt,& Gentium vatibus quod futurum erat, prædixit, tum cùm Gentes cum Gentibus bellum gerebãt, & ſæpe cùm ex oraculo aliquid egiſſent, eorum quæ diuina ſcripta fieri velint,iis malis quæ in ſecundo oraculo inerant,liberati ſunt,veluti in bel-
C lo cùm Septem funditus Thebas deleturi eſſent,Tireſiáſque vaticinatus eſſet,Menœceus ex diuinationis decreto & ſentẽtia,vltro mortẽ ſibi ipſe cõſciuit, atque ita diuinationis prædictione vrbs ſeruata eſt, hoſtes verò ab oppidanis cæſi ſunt. Atque hęc quidem de trophæis bellorum vnum ex multis nobis dicta ſunt.

Explicatio.

Qui quæſtiones quæ ponuntur explicat, primùm ea quæ conueniunt inter diſputatores,debet ponere,deinde ex iis explicare & diſcutere ea de quibus quæritur. In iis autem quæ inter Chriſtianos diſputatores conueniunt,illud eſt,Deum eſſe vnum mundi totius effectorem,eiúſque proui-
D dentia illum adminiſtrari, quem diuinæ Chriſtianorum ſcripturæ enunciant, verbis quæ diuinis operibus teſtata ſint:à quo rerum futurarum & prædictio & euentus proficiſcitur. Explodunt autem & eiiciunt ſcripturę quæ eum patefaciunt, deos Gentium:Num mutent, inquit, Gentes deos ſuos?& tamen ipſi dij nõ ſunt.Quorum autem dij,nõ ſunt dij,eorum nec diuini ſunt vates & prophetæ veritatis,neque eorum prædictio neceſſariũ verúmque habet exitum. Vt enim procul abſunt à vera diuinitate,ſic etiã à prænotione rerum futurarum. In prælio autem Gentium inter ſe, quæ multis modis maximè in bellis diuinationibus vaticinationibúſque vſæ
E ſunt, Chriſtianorum Deum ſuam declaraſſe voluntatem, Alexandri Daríique bellum indicat,quorum vnus diuinos confirmauit,alter ſuſtulit.Declarat etiam bellum Aſſyrij,quod geſſit cum aliis multis potentibúſq; nationibus: quem Deus virgam iræ, atque ſerram vocauit, aliàs his verbis, Ecce Aſſyrius virga eſt iræ meæ in gentem peccatricem * aliàs his, Num * ſerra ſine eo qui eam trahit? Atqui * Aſſyrius, quòd ex va-

tum euentis,quos à diis ſuis diuinorum conſilio accepit, ſecat & diuellit A
miſeras nationes,quæ eodem modo quo ipſæ oraculis fretæ,cum illo manus conſeruerunt,& de ſpe quam oracula oſtenderant, deciderunt, cùm Deus permiſiſſet, vt Aſſyrius oraculorum euentis potiretur,Gentibus autem non euenirent. De quibus Deus per Eſaiam prophetam hoc dicit, Deus manum meam remiſi & exaruit.Aſſyrius autem ait, Num dij Gentium terram ex manibus meis eripuerunt & extorſerunt,quòd Deus Hieroſolyma è manu mea extorturus eſt? Ex oraculis autem, quæ Aſſyrius à diuinis acceperat,hęc & in nationes &in vrbē Hieroſolyma effudit:Deiq; nutu & permiſſu,oraculorum euentus Aſsyrius cōtra Gētes habuit.at cōtra vrbem Hieroſolyma non eſt eis potitus, quòd ita Deo viſum non eſt. B
Quomodo igitur diuinatio non ceſſit ex animi ſententia illis Septem, vt Thebas delerent funditus? Diuinationis enim fruſtratio,declarat imbecillitatem Dei, qui diuinatione euentorum fuit prænuncius. Quòd ſi ex verbo illo conſeruatoris quod falſum non eſt, Sine Deo paſſer in terram non delabetur,multò magis cuncta natio, aut tota vrbs non peribit, niſi Deus permiſerit.Omnem autem Gręcorum nationem à Græcorum natione deletā, à virga ſerráque iræ Dei deletam eſſe, ea declarant,quæ de Aſſyrio dicta ſunt. Prætereà ſi ea omnia quæ à Gentibus de Tireſia vate cōmemorata ſunt,ridicula ſunt maximè,quî ea quæ dixit, vera eſſe poſſunt? C
Eum enim ferunt virum & feminam fuiſſe,& vtriuſque commentitia habuiſſe,multáque Deorum bella diremiſſe,qua de cauſa Iunonem ei iratam eum excęcauiſſe: Iouem verò excitatis conſolandę cauſa,diuinandi & augurandi artem dediſſe. Quòd ſi ea quæ de eo finguntur, à fide abhorrent, quî vera eſſe poſſunt ea quæ de eo fingunt fabulæ? Iam ſi vt Gentes volunt,ea quæ à Parcis verſata ſunt,reuolui non poſſunt,quid afferri poteſt, quin diuinationes nihil adiuuent eos,qui eas adhibent, cùm Parcæ ad finem qui vitari non poteſt, neceſſariò ea ferant quæ ab ipſis voluuntur? Quod ſi ita eſt,quid afferri poteſt,quin falſæ ſint & Parcæ & diuinationes, quæ ſe inter ſe tollunt? Quid verò cauſę eſt, quamobrem D
non Menœceus fruſtra mortem ſibi ipſe conſciuerit ex vaticinationis ſententia, cùm cauſa interficiendorum hoſtium, ſeruandǽque vrbis non ad dæmonem qui per diuinum oraculum ediderit,ſed ad dominum Deum verum qui permiſerit,referenda ſit?

τέλος.

ARA 2376